misſa testiū probatoriō, & reprobatoriō ex plōna rectoris.
Allegat gl. auth. si dicatur. C. eo. ti. Addunt doc. alī, qñ oppo-
nit excōciatio p̄ testes pp periculū cōionis, statim est admittē-
da: arg. de sen. exc. decernimus. & duob. ca. seq. Istos duos casus
repetit gl. j. co. cū cām. in j. gl. Et addit tertium, qñ seruus dicit se
liberū: & statim hēt paratas tabulas manumissionis, per dictū.
s. sin uero. de quo in spe. de testi. s. sed quid si dī. & duob. seq.
Huic op. obuiat decr. quia si non necessitat, non fuisset hic iu-
stificata appellō: cuius p̄tū vñ nelle lfa, in uerū. sin uero. Dicit
gl. qđ hoc est uerū ordinariē, & regī, ut non necessitat, casu-
liter necessitat, & ita possit esse hic. Hic non apparet, qđ hoc sit
de casibus, iō solutio nō sit bona. Vel dicit gl. qđ hic exceptio
fuit oppolita. pol̄ receptionē testiū, quasi diceret, si opponit an
receptionē testiū, iudex p̄t ipsam reseruare, sed post iam rece-
ptos tenet ipsam statim admittēre. Dic, qđ non est dare dīam
an aī, vel post, quo ad necessitandū iudicē, quin possit reserua-
re. Itē hic non fuit opposita post, ut patet ibi: non esse recipien-
dos. & ibi: talibus testib. receperis, &c. Sc̄ta fuit op. lo. & Vinc.
qđ exceptio testiū reprobatoria, incontinentē tpe, quo opponit,
admittat, nisi in casib. ubi apparet aliis ipsam reseruandā. alle.
hanc decr. & hic dīt in p̄dictis decre. cū cām. all. C. de prob. ad
probōnē. q̄t induci p̄t ad p̄tū facit pro, ut dicit p̄bōnes nō
repellendas, nisi ubi reperitur: facit p̄ in eo, qđ dicit, q̄ quis nō
dēt admitti ad probandū, qđ non relevat. Tertia fuit op. Inn.
in hac decr. qđ exceptio testiū reprobatoria incōtinēti, & quo
ad probandū admittatur opponente incontinenti se probatu-
rū offerente, uel si qđ exceptio est publicū. Si uero, qđ oppo-
nit p̄ testes altiore requirat indaginē, tunc reseruare post
publicationē, per hanc decr. & all. dictam auth. si uero dicit:
ad hoc facit optimē hēc decr. & hēc uera dicit, siue reprobatio
fieri dēat per instīm, siue fieri debeat per testes. Quarto Hosti.
dicit exceptionē reprobatoria statim admittendā, cū oppo-
nit, & cius probationē, reseruata tūmō disputatione publi-
cationis tpe, quia prius debet publicari, quam super ea dispu-
tari. j. e. in causis. Quinta fuit op. Gul. in p̄tū. & ver. ubi di-
cit, q̄ exceptio testiū reprobatoria, si periculū est in mora dif-
ferendi, statim est admittenda, ut quia testes reprobatorii sunt
in breui morituri, uel in longinquū se absentari, uel aliter sub
est periculū: ut lite non cont: qm. s. i. tunc. n. recipit dītū il-
lorū, ex quo sūnt parati: alias differtur ad tps disputationis. Sex
ta op. lo. An. q̄ exceptio legitima testiū reprobatoria inconti-
nenti dēt admitti cum opponit. j. eo. p̄sensitum. sed in ar-
bitrio est iudicantis, an eam reseruari in tps disputationis, quo
ad probationē tūmō: quia si uelit, p̄t incontinenti admittere: si
uelit, p̄t ipsam repellere. Qđ probat, quia alias nō eset neces-
sitate citari tpe receptionis testiū, si exceptio non obſtaret, nec
admitteretur, uel p̄ testes exceptio non admitteretur, p̄ text. in
cā noī. s. eo. Vñ dicit, q̄ grauaret iudex non recipiendo. Et
hac op. probatur per hunc textum: si. n. non debuisset necessi-
tatiē admitti exceptio, sed potuisset reseruari, non fuisset iu-
stificata appellō, et in casu huius decr. ex quo erat ab interlocu-
toria, et probata ueritate exceptionis: cum fuisset incongruē
oppolita, & frustratorie appellatum. Hoc dicit uerum r̄p. Fal-
lit in casibus positis in gl. & in tertio addito ad gl. Casum autē
Guil. nō putat specialē, ut recipiat prius exceptio, sed ut in-
continenti, & statim probō recipiat. Addo casum Inn. qñ pro-
bō est manifesta, uel incōtinēti se offert probaturū: licet lo.
An. hoc non teneat, sed dicit, q̄ est in arbitrio iudicis. Dicit tñ,
q̄ in considerōne arbitrii hoc facere dēt, ut dicā. j. In arbitrio
autē informdo considerabit iudex aequitatē, an casus eueniēs
hēat parere aequitatem aliquo ex supra p̄missis, an admittet p̄
bationē, & an p̄sumpto sit contra excipiētem, & admittit in-
continenti

Detectibus, & attestationibus.

25

continenti. Item an sit publicū, & an offerant probōnes incon-
tinenti, & an in his, qui recipiunt sup principali, immineat pe-
riculum mortis, senechtus, vel longę abatę: vt dicit.ca.qm.
§. 1. Itē qđ possit facilius expediri probō, vel reprobō. Itē an fiat
reprobō ob cām exp̄s̄am, uel non ut, quia dī fl̄anguiueus,
vel familiaris, uel his similib. Itē ex quo sequi posset maius ma-
lum, uel periculū: & si per alterū posset sequillari cius opinio,
alterum non: & fīn circumstantias facti, quā oēs declarari nō
possent, videat, qđ expedientius sit an recipere testes probato-
rios, an reprobatorios, & illud eligit: & si prius recipiat proba-
torios dilata exceptione non p̄t excipiens conqueri: quia per
hoc releuratur ab exp̄s̄is, & laborib. in adminiculum: forte.n.
probatoriū interrogati nihil probabunt, uel si probabunt, forte
alij producent non reprobati, per qđ apparebit ipsum frustra-
toriē laboras̄, ex quo non p̄t ipsos reprobare, nec ēt poterit
conqueri producens probatorios, si prius admittantur repro-
batoriū: quia constito, qđ reprobatoriū probent, non interfuit:
imo interfuit non produxisse testes, qui, ex quo sunt reprobati,
in nullo expedīt: ceflastib. circumstantijs dicit, qđ in dubio
melius est differre probationem, per id, qđ est dictum. s. fn, qā
adhuc posset reprobatio reprobari, & sic est suspicio de lōgio-
ri tractū, j. c. licet, 3. Et hoc dicit tenendum, qā suadet rō & arg-
tas. & ūrias opinione concorda reducēdo ad diuersos casus.
Hoc supposito surgit secundus intellectus in decreta, qđ exce-
ptionis obiectio, & eius oblata probatio tpe iudicis in admis-
sione probationis non necessitatuo iudice exceptionem &
probationem reiçiente appellationem non iustificat: valet tū
appellatio veritate exceptionis in cā appellationis demōstra-
ta. Et hic est verus intellectus in hac decreta, & rōnabilis. Duo
enim requiruntur ad concludendum grauamen, qđ sit opposi-
ta exceptio, hoc primo: & qđ sit oblata probatio tpe in ea ad-
mittendū iudicem non necessitatuo non admittendo eā non
dī grauare eam partem: alias nō faciat a iure sibi permissum.
Ita ergo est cā appellandi: quia exceptio nō admittit: sed hoc
solo non est iustificata appellatio, nīli constet, qđ sit uera. Et sic
limita c. interposita. ut loquatur qā exceptio, & probatio rei-
citur tpe iudicis in exceptione receptiōis necessitatuo. Et habet
fīn clarum intellectū in hac decre. qui defendit ab om-
ni ūrio. Et fīn istum summandā est decr. fn cauillari p̄t, id qđ
sequit in ver. si uero. ubi patet, qđ saltē quo ad finē deuoluēdi
cām ad superiorē fuerit iusta appellatio, & iustificata, ēt nō p̄-
bata exceptione, iustitia, & ueritate: sed intelliges statim. ¶ Ter-
tius intellectus, qui colligitur ex glo. super uero, non fuit, in
uer. ergo illa, quā soluit, exceptionis dilatoria obiectio, & eius
oblata probatio app̄lōne iustificat, ea p̄ iudicē non admissa: pe-
remptoriē uero, uel eius naturam sapientis, uel principalis: ne
gotii decisionē p̄cernentis, nō, nisi obiecta ueritate, iustificet.
Ita hic limitat gl. ca. interposita. in app̄lōne ab interlocutoria
super p̄cernētiōis decisionē negotii principalis: nā dicit gl. exce-
ptionis t̄ testes licet nī sit ppriē perēptoria, & directo, saltē est qua
si perēptoria, & p̄ obliquū. Rō p̄t assignari, ex quo grauame an
nēcīt circa p̄cernētiōis decisionē negotii, ut citra p̄ptoriā, uel
quasi: & sic eius decisio impellit finem, & coherētī negotij
principalis, de ea iudicabit in eius decisione, & de app̄lōne a
diffinitiuā, qā ei annexa: & sic iustificabit app̄lō attēra sola in-
stantia, & ueritate, non attēto ipso apparēti grauamine: sed sic
oporet, pbari ueritatē exceptionis, & nī sufficit sola ipsius obla-
tio, p̄bōnis. Aduertere, qđ iustificat hēc intellectū, dicētes, qđ fal-
sum est: quia si hēretur hēc exceptio, qđ pbata iam, sequeret, qđ
in ptate estēt iudicis facere exceptionē hēre pro probata ad
piūdicū eius, qui agit non admittēdo eā, & sic faceret ipsum
succēdere. Per qđ dīt Pet. & Abb. hic, qđ exceptionis oblatio
iustificat app̄lōne in dilatorijs: quia hēre ip̄fam pro pbata,
nō piūdicat negotio principalis: sed si piūdicat negotio prin-
cipali perpetuo, uel sp̄ialiter, ut in terminis decr. nī hē pro pbata.
Sed nō placet hoc lo. An. hoc casū: qā p̄ hoc nō piūdicaret:
qā licet hēatur app̄lō pro iustificata quo ad finē deuoluēdi,
& retractandi attēta, nō hē tñ, p̄ probata quo ad finē obtinē-
da snīa, ac si exceptio effet probata. Hoc idē tenet in add. Spe.
in ti. de teste. §. qualiter, uersi, sunt quoq;. Vñ nō placet sibi iste
intellectus, cū iura indistinctē loquāt, siue sit exceptio perē-
ptoria, uel quasi, siue dilatoria. Licet hic intellectus posset sic
intelligi, qđ saluareſ, ut patet inſta. tranſas pro mō qđ nō sit
uerus. Aduertere ad unū, qđ dicit iſta gl. qđ excepiō testiū repul-
ſua est, & censēt perēptoria, saltēm per obliquū. Or attende
quare hic dicit, qđ exceptio ſia ordināt non directo ad per-
mendā accusationē, qđ est propriū: preemptoriē, sed mediātē,
qā ordināt ad tollendā probōnēm, qđ est media cā, quia sublata
remant petitiō nō probata: & sic probōnis defectū perimitur
petitiō: qā paria ſunt, nō effe, uel nī poſſe probari: ut l. duo ſunt
Titij, ff. de teſta. tu. Vide, iſta gl. hē tres conſimiles. Vna est hēc.
Alia est in c. de teſta. j. eo. Tertia est de excepti. c. 1. Nescio plu-
res in corpore iuris. Habetis doc. de dolo finē & bene nota.

dicta. Do tex. q hoc probat, in c. pñtiū. nā si esset dilatoria, non posset opponi, post lñtē pñtestatā. Est. n. pñmptoria, sed nō ppria, sed anomala: iō licet peremptoria possit opponi, post didicita testificaria, sine alia solennitate, q cqd dicat gl. in l. 2. c. sen. re. nō pos. ut est casus de dolo, finē, no fn̄ pñt opponi hic finē solē nitate pñcedentis pñtestonis, ut ibi. Hæc credo vera, qñ opponit pñtestes, & non pñt aliter probare, quia tunc perimit, alias si pñrest aliter probare, non proprio perimit. de re iudi. cum l. & A. ¶ Quartus intell's colligit ex gl. vñ si vult exceptionis obiectus pñponere, sic se hñt dubiē, q exceptionis repulsione nefario nō pñcludit grauamen in pñti, sed pendet ex euentu futuro, ad iustificandā app'lonē no sufficit oblata exceptionis probō, nisi aliter iustificet, ita q grauamen necessario pñcludatur: nā exceptio testiū pbatoria nō cñcludit grauamen, et supposita ueritate exceptionis incõtinenti: qñ possibile est, iudicē ex his testibus reprobatis in calculo sñia non moueri. de re iudi. cū. l. & A. Nō pñt ergo apparere determinatē grauamen. nisi secuta sñia, ut hic patet: & iō, qñ pñt, & non pñt esse grauatus, Papa mandat, nñdēf, an non sit lñmis testib. sñiatū, & retrahit sñia: an sit sñiatū, & hic defructū in uer. si uero, qñ iustificata sñia debuisset pñfirmari, uel remitti. Hic intell's no placeat ad tex. qñ sufficeret ad cñcludendū grauamen probare iudicē illos testes secutiū, et dato, q illos nō pbaret uerē idoneos. Vñ textus artat, ad pbandū eos idoneos esse. Itē repellēdo reprobo, bñne nō grauat pro pñti: qñ possibile est illū seq. dicta illorū, & postea non hñbit ille probōnes. Sed rñdendū, qñ in hoc casu ualebit app'lo. Et hoc est, q Papa mñadat discuti. Potes ergo, labi uādo hunc intel'l'm, dicere ibi p testes idoneos. Dic, q constanter eo, qñ alios non recepit. Vel p testes non idoneos. i. qñ quos est de no idonitate obiectū: sed aliter intel'l', ut statim dicitur. ¶ Quintū intellectū ponit glossator in uer. pterea, in e. glo. vbi attentatū retractat ex grauamine apparenti incõtinenti, est recidiū in pristinū statū ex defectu iustitiae, & grauaminis ueritatis ad iustificandā app'lonē, ad finē attentati retractandi; nō sufficit sola receptio, & eius oblata pbō ad app'lonē iustificandā, nisi ueritas exceptionis ostendat, si opponit exceptio reprobatoria, quæ sit falsa, & eius orferatur probō, licet i index nō admittat exceptionē, & feratur sñia, si postea retractaretur sñia ex eiusdē testib. ut prius ferenda esset sñ a, nñ attētatu recidiuaret in eūdē statū, ex quo nō pñstaret de ueritate, & iustitia exceptionis opposite: iō ut hic circuitus euitet, ut in cle. auditor. de rescr. in cle. & in l. dñs testiū. f. de cōd. ind. hic intel'l's procederet, si hac exceptio esset opposita, post testes receptos, uel publicatas: qñ statim tūc esset residuū: sed hic non est statim recidiū, cū & ipsa testiū receptio, & q cqd factū fuit debebat retractari: & hæc fuit opposita, an exceptionē, & non reperientur testes. Tñ in se est notable, & limitat. c. interposita. de app. ut id intelligatur, qñ grauamen retractatur, non est statim recidiū in pristinū statū: intel'l's tñ in se bonus. Nec obstat, q circuitus esset utilis pp fructus, qui restituerent A de: qñ in beneficialib. hoc non procedit, cū teneretur restituere fructus, positō q hñt, ut est gl. bene ad propositū. s. de cā posse. cū super in gl. magna. Vtilis tñ posset esse circuitus pp expensas: sed ipsas adhuc ipse refarciret in integratione testiū, & noua productione. ¶ Sextū intellectū ponit gl. in uer. s. iudicēs. ad renocationē diffinitiū uæ intentati non sufficit obiectio exceptionis, & eius oblata probatio: & iura pñia loquuntur in interlocutoria attentato. Rō, quia sñia est finis iustitiae, vel iniustitiae. Sic ergo eius pñstrutio est pp hunc finem, ita ut eius retractatio sit pp finem iustitiae, quasi ista app'lo concernens cā merita sit subrogata de iure canonico loco app'lonis a diffinitiuā: quia de iure ciuili non pñt appellare ab interlocutoria concernente cā merita, cū grauamen possit per app'lonem reprobari a diffinitiuā: ut l. anff. de app. reci. ergo diffinitiuā attentato ista app'lo ab interlocutoria, quātū ad ipsum succedit loco app'lonis a diffinitiuā, & probatio illud retractabit sñ suā naturā attentati. s. ex iustitia, vel iniustitia. Istū intel'l'm damnatio. An. in se falso: qñ iura de tali renocatione attentati loquèta indistinctè loquuntur, q cqd post app'lonē sequatur. de rescr. significante. & c. Rodulphus. de iud. exhibi. de libel. obla. c. 2. 3. de app. significauit. c. cū cām. Scđo qñ cā, pp q̄ concludit ad utrumq; nā cā est suspicio iuris dñnis pp grauamē. de sen. exc. licet si hoc defectus est, nō uidet lo. An. quare nō uitiet sñiam, et diffinitiuam. Tertio licet de diffinitiuā desit casus exp̄lus, tñ de sen. exc. multi sunt casus. de offi. del. cū olim. & c. cū contingat. de arbi. innotuit. de sen. exc. per tuas. cū si. Ergo tollitur excōciatio, q̄ maioris est potentia: q̄ appellationē, quæ non suspenditur ab app'lonem, si postea interponatur. de app. pterea. & c. pastoralis. ergo et diffinitiuā attentati retractabitur post app'lonem. Certè casus ut lit. non cōt. accedens. j. Posset saluari hic intellectus, qñ diffinitiuā attentati certificat grauamen, qñ aī nō est certi: si dubiū, ut qñ opponit pñtestes, qñ an grauet, nō pñt appetere, nisi in diffinitiuā, & iō cū illa grauet, pp illā tñm. y. appellatū: & si

Anto.de Butrio super ij. par.ij. Decretal.

sapit nām appponis a diffinitiua, quæ ex iustitia tñ iustificat. ¶ Septimus intel'p, qui ponit doc, super tex.exceptionis obiectio legitimè nō admisiā p iudicē app'lonē non iustificat eius iactura, sed non oblata probatione. H̄ia procedūt, qñ safa est oblatio. Sed hic aduertēdū, dicas quare sola reiectione exceptio nō iustificat app'lonem: nā eo ipso, q̄ offero exceptionem sui forma extrinseca iusta, & habilem, & index me repellit, iā grauat me, cū me repellit non me admittendo discutiendū, qđ forrē pbatē. Rō est, hic iudici est data p̄tās circa refrenādas exceptions de dolo. finē. qñ uidet eas frustratoriè opponi: non cū opponunt exceptions, si iudex aliquas repellat, ne cessario nō cōcludit grauamen: q̄a possibile est, q̄ iudex mouet aliqua suspicione, q̄ nō opponunt ad dilatandū p̄csum, istud patet: sed vbi offert pbōnē paratā, si qua süberat suspicio, illa purgat & iō necessario tūc cōcludit grauamen. Hoc tēperat verū. Inn. de cōcess. pb. p̄t electionē, q̄ proponit exception dilatoria, vel altera modici p̄iudicii: q̄a in talibus iudicii data est larga p̄tās refrenādas exceptions: fed vbi opponit exce p̄tō p̄emptoria, ut p̄acti, p̄scriptiōis, vel alia valde p̄iudicialis, tūc nō het p̄tātē sic de facili illā repellēdi: si illā repellit absq; p̄sumptione q̄ opposentē, uel leui p̄sumptione, statim sola re pullione grauat partē: q̄a non oī p̄sumptione repellēda est exceptio, a qua p̄deret cāe cognitio. z.q.i. Imo q̄ si uehementi p̄sumptione ipsam repellit, tūc nō iustificat app'lo, nisi statim offerat pbō, p̄ q̄ purget illa p̄sumptio, vt notabilē dicit ibi. Et sic p̄t intelligi. c. interpolata. Vñ dic, q̄ in dilatoriis exceptio sola, & pbōnis obiectio iustificat app'lonē in p̄emptoriis, si mouet leui suspicione iniuste repellit, iō iustificat app'lo: ut d. c. p̄t electionē no. Inn. Si uehementi oblata, pbōne iustificat app'lo: ut in c. interpolata. Si exceptio est anomala, ut q̄ testes, si opponit reprobatio testi, quo ad p̄sonas, illā nō iustificat, nisi offerat pbō, & nō sufficit iactatio, ut hic. Si ad dicta, & p̄sonas simul, leui p̄sumptione repellendo, iniuste facit: iō tūc iustificat app'lo. Ad hoc de pb, licet cām. Vel mell' dic, qđ indistincte exigit pbōnis oblatio: q̄a iudice repellente, cū p̄sumat de facto suo, p̄sumit q̄ surcit iusta p̄sumptio, non motus, ergo nō p̄ficiet. Vñ p̄dicta p̄cedere p̄t, qñ cōlaret: in dubio p̄sumā cū motū lēma suspicione, & sic exigit oblatio pbōnis. ¶ Octauus intel'p col'p ex racitis per doc. in c. interpolata. de app. q̄ hic verbalē fuit oblata probō: quo casu non iustificat app'lo: & sic verbalis pbōnis lēmē exceptionis oblatio iudice exceptio nem repellente app'lonē nō iustificat. Contrariū procedit in reali oblatione. Ad qđ sciendū, op̄z discuti utrum in app'lonē iustificanda regrāt uerbali, vel realis oblatio probōnis. Ioan. An. in c. interpolata. de ap. est in op̄i. q̄ non iustificat app'lo, ni si fier realis oblatio pbōnū, vel hēat in lēm, uel testes ibi in iudicio paratos. Probat ex absurditate, q̄ sequeret, si sufficeret sola oblatio verbalis: q̄a facile esset opponere volenti falsam exceptionē verbalē ipsam offerre, & sic eludere iudicū. Scđo, q̄a ex quo sequeret, q̄ folius obiecto exceptionis iustificaret app'lonē, qđ oēs negant, & iura pbāt, que requirunt vtrūq; vt hic, & in d.c. interpolata. cū si. probat p̄tātē: q̄ eo, qđ excipit tacitē, vñ pbōnē offerre, cū de necessitate, quo ad onus probandi in exceptione sit actor. ff. de proba. in exceptione. ¶ Vñltimo inducit hanc decr. Fm lēm intel'p, qđ hic nō fuit iustificata app'lo ex sola uerbalī oblatione q̄a realis exigebat. Et idē firmat in add. Spe. in ti. de app. §. qual'r. uer. sunt quoq; ubi hē forma app'lonis: & ibi ponit formā oppositionis, & app'lonis. Mihi placet, q̄ sola oblatio pbōnis, vel iactatio, nō sufficiat, sed op̄z q̄ offerat pbaturū, & incōtinēti dicenti, Hodie cōstat, hodie agat. Nō aditringo, ut hēat in lēm ad banchū incōtinēti. pos sibile est. n. & verili's, q̄ nō credebat regrauari, & nō apporiat in incōtinēti lēm, nec apportauit testes. Nō sic ergo angustemus istū in appellando, ut ueniat cū sācco paratus. fl. de sol. l. qđ. n. & l. ratū, sed dēt offerri incōtinēti cā finalis: q̄a cā, p̄ q̄ exigit hic probōnis oblatio, est vt purget suspicio dilatandi p̄cessus sed ex quo offert se incontinenti probaturū, oī suspicio purgat longue dilatōis. arg. l. illi; a quo. in prin. ff. vt in pos. l. l. 3. §. ibidē. ff. ad exhib. & l. 3. §. cāe. ad Carbo. cū si. Per hoc causi ibi. §. de rest. spo. frequēs. li. 6. de exce. pia. co. li. Nō obstat, q̄ exigit, q̄ excipiēs se offerat pbaturū simp̄t, sed nō incōtinēti exigit. & p̄tātō nō iustificat solo obiectu exceptionis. Nō ob. hec decr. q̄a tenet alios intellectus, nō lēm. Nō obstat iura, q̄ dīt, q̄ ubi est factō, &c. q̄a dico, qđ hic nō est opus factō, sed sufficit verbū, & paratū factū cū contēperamento, qđ hec decre. interpolata. q̄ dicit offerēs pbaturū. idē de iud. exhibita. ad idē dicit de of. del. sup qđonū. §. cīus. ibi: uel paratū fuit ostēdere. Ad hoc reiu. ad apostolicæ. ibi: eratq; parata. Ad hoc no. §. de exce.

olim. in gl. 2. Pro hoc dico. q̄ si pars aduersa offerat se probatā fallitate exceptionis incōtinēti: q̄a tunc tollet p̄sumptio p̄ oppolito, qđ ex oblatione, pbōnis nō iustificet app'lo. ¶ Non intel'p, qui hic ponit p̄ Gof. exceptionis obiectio, & oblata p̄batio app'lonē iustificat, si tñ pars uoluntariē allumit onus p̄bandi sup iustitia, & ueritate exceptionis oppositæ, & cōstat exceptionē nō est lēmā, sed falsam, nō retractabūt attēra. Hic ergo ex uoluntate A. de Papa mandauit: q̄a cōfidebat probare de ueritate exceptionis, & nō pbaut: iō nō iustificat. Qđ bene nota: q̄a sic de facto obtinuit. Oblatio ergo pbōnis iustificat stā te latēta exceptionis: q̄a hē p̄ uera, sed ea detecta nō. ¶ Decimū intel'p ponit lo. Aud. Lēme exceptionis obiectio, & eius dē oblata pbō nō iustificat app'lonē, si pp̄ solā nō admissionē exceptionis appelleat. Contrariū ergo p̄cedit, qñ uterq; obtulit se, & appellauit solū exceptionē nō admisiām, & sic pp̄ alterū. Sit ergo cautus app'lonē dictans, q̄ uterq; cludat, oppono tāle exceptionē, & ostēro me incōtinēti ipsam pbaturā: si iudex non admittat, dicat. Et ego appello eo, q̄a exceptionē meā nō admisiām, & q̄a nō admisiām pbōnis oblationē. Secus si pp̄ al terā tñ appelleret, ut est dīt. ¶ Vñdecimo soluunt quidā, ut Gof. qđ pbaut ueritatē exceptionis, quo ad finē attētati retratāndi. ¶ Alij. 1. 2. dīt, vt Gl. q̄ hic grauauit Papa lēm Adā ī eo, q̄ grauauit oncre probandi, releuauit eū l. alio: q̄a uult, q̄ hoc cōtīto sine alia frela remaneat, ut nō audiat aduersari' q̄ eū. ¶ Ad. 1. 3, ut Phi. dīt, q̄ Papa grauauit Adā ī eo, q̄ dēt iustifica reuertatē exceptionis, sed q̄ hoc nō habuit tollere libi app'lonis ualiditatē, eo nō pbato, qđ patet: q̄a hic non probato, q̄ sit coniunctus p̄ illegitimi testes, Papa vult, q̄ non obtante finia iterato de cā cognoscat. ¶ Et dīt. 1. 4. intel'p, q̄ hic appellans intendebat duo, attentata retractare, & finē exceptionis, & applicationis deuolu: ad finē exceptionis nō sufficiebat grauamē, sed ueritas exceptionis: iō op̄z q̄ probet ipsam uera, qui est finis ultimā exceptionis q̄ testes, finis immediatus, q̄ testes repellant. Quid ultra, q̄ p̄ hoc remaneat nō pbata ipsius intētio agentis. Quis finis ultra, qđ actor deficiat in pbōne, est ut acto ri silentiū imponat, & nō molester possēdōrē in sua possessiōne, & hoc intendebat: ip̄lq; nō p̄mittat exinde molestari. Si ergo vult hūc finē, q̄ uī solus attētata retractare, & nō est app'lonis, sed exceptionis, p̄bet exceptionē: & hoc vult, nec mādam' si vult solū, attētata retractari, & ut de cā cognoscat, hoc hēt ex sola pbōnis exceptionis, & oblatā pbōnis: q̄a p̄ hoc iustificata est app'lo ex grauamine. nota bñ, q̄a tex. hic probat. ¶ XV. coll'r ex dītis Spe. in ti. de app. §. qual'r. ver. sunt quoq; ut referat, an p̄t app'lonē referat pbōne grauaminis, & nō iustificat, ut hic an aī app'lonē offerat pbō exceptionis: & iustificat, ut ibi, & hic: q̄a grauamē nō dēt pbari, corā iudice a quo, sed ad quem, qđ no. Tu dic Decimū extī, & hic sit verus intel'p, ad cuius intel'p p̄mitto, q̄ appellans ab interlocutoria hēt duplē modū p̄cedendi. Vñ hēt, ut perat reuocari attētata, & app'lonē p̄sequat ex solo grauamine. Alio mō, ut prosequatur iustitiā, & perat reuocari attentata ex inuictitia, p̄t, & utrūq; cōmifere. Si ergo p̄sequitur in retractione attentatorū solū grauamen sufficit oblatio exceptionis, & probōnis: ut in c. interpolata. Si p̄sequitur sola iustitiā, & app'lonē intendit iustificare ex iustitia, tūc nō sufficit probare grauamen, nisi ēt p̄betur defectus iustitiae realis, qui pp̄pendit ex ueritate exceptionis: & adhuc hic nō est casus nōst̄. Si accumulat utraq; q̄a petit ex iustitiae defectu, & ex grauamine, tūc ista duo sūt cumulata in app'lonē ab interlocutoria, quorū alterū sufficit ad retractionē attentatorū, & ad deuolutionē: quo casu sufficit alterum p̄bare, licet copulare sit oppolitū, ut no. de rēscrip. c. 3. de iudi. exhib. & dīx. §. ti. 1. licet. Mō hic est cā quare Papa mādauit de iustitia & ueritate exceptionis, q̄a hec accumulabāti in p̄sequēdo app'lonē: narrabat. n. corā papa opposuit exceptionē legi timā. narrabat ēt se obtulit pbaturū. narrabat ēt Papē illā uerā cē: petebat, q̄ Papa p̄mittat cām corā quibus posset ondē re illos testes falsos esse, & petebat testes suos admitti ad pbātū illos testes illegitimos esse, & illā finiā latā post app'lonē lēmā: Papa p̄sequēs iustitiā, & uiā iustitiā facit primū mādatū, q̄p̄ retratēt siūta, & p̄mitet in possessione, si pbāt se nō quietū p̄fīmos testes: & si nō pbet, q̄a non deficiit grauamen, facit p̄m, nihilo minus retractant q̄ sunt gesta, ipsi sunt iudices, & cognoscant de cā: & iste est uerus intel'p huius decr. & cessant h̄ia, & rōnabilis est. Qđ autē ēt prosequere iustitiā, patet q̄a testes suos petebat admitti. Aduerat ergo, an p̄sequit iustitiā: sed fīm hunc intellectū, quis erit effectus, an obtinet, an ex iustitia, an ex grauamine in casu nostro, cū utrobiq; retractent attētata. Respondetur, ut litera dicit, quia si prosequit ex iustitia, obtinebit qđ in pace dimittat: qđ si ex grauamine, op̄z qđ cauā iterata discutiatur: nam si oppositū fuit ante testium receptionē, ip̄l iterato examinabūt, & alii testes admittētur pro alia parte: si sunt recepti ante oppositionē, stabūt illi testes, & poterit opponi ad dicta: & alii testes p̄ parte opponēt reci pientur

pientur. sed dato, qd obtineat ex iustitia, nō vī, qd debeat in pace dimitti, eo quia poterat alia pars pbare per alios testes: imo non poterit, ex quo tm est ab interlocutoria attētata qd se appellatum, poterit obtinere retractari, vt sīa quasi vt p̄clusio in cā remanebit. & sic alij testes non poterūt p̄duci. Vel forte hic nō hēbat alios testes. al's nō admittetur in pace formaū suppli- cationē & libellū ante grauamen, an vtrūq. Et modo habes verū intellecū decr. Cōclūdo p̄missa ut aliqd reportes, si q̄rāt an oblatione legitimē exceptionis iustificet app̄l'o: dic, sola ob latio exceptionis, siue pbationis oblatiōe nil iustificat, vt s. Si offert exceptio, & pbatio, si tpe iudicis interceptione exceptio nī vel pbationis nō necessitatia app̄l'o non iustificat, vt hic, sīm duos intellectus: si tpe necessitatuo, tūc si exceptio est dubia in inferēdo grauamen, et si eset uera, nō iustificat: si exceptio est certa, tūc si offert uel iactat nō incōtinēti, nō iustificat: si offert, & incōtinēti, si quo ad finē exceptionis p̄sequēdū oportet iustificari, aliter si quo ad finē solius attētati retractādi, si attēta tū retractatū est recidiuū in pristinū statū incōtinēti, ex iustitia non iustificat, ut circuitus uite: si non est recidiuū in pristinū statū, si appellas p̄sequit, sola iustitia nō iustificat: si p̄sequat so lū grauamen, iustificat: si p̄sequit utrūq, p̄bari quo ad finē attētati, aut superior cognoscat de cā, ut hic, in ver. si ve ro. Non p̄ hoc tm obtinet finē exceptionis, nisi pbet de iustitia predicta: qd est appellatū ab interlocutoria diffinitiuā, semp iu stificat ex iustitia p̄dicta qd opponit exceptio, & oblatā pbatio nc appellat: qd nō admittit. secus si post app̄l'one offerat se p̄baturū & grauamen. ¶ Veniamus ad declarationē passū quar ti, & vī, qd delegatus non debeat se intromittere de molesta tione facta, postq̄ induxit in possessoē, uel fecit executionē, de off. del. in līs. ¶ Gl. recitat op̄i. Prima, qd si hoc est delegatū ex presē, ut tueatur missum p̄t: alias se intromittere non p̄t: qd functus est officio, & hoc spectat ad ordinariū. ff. ne vis. f. c. l. 1. §. 1. Tan. dicit, qd delegatus post sīam hēc p̄t usq; ad annū. de offi. del. querenti. polteia nō ante sīam semper p̄t, quia ad huc non est functus offi. Gl. de offi. del. querenti dicit, qd hoc p̄t vsq; ad annū tuendo, & excōicando, vel aliter turbatēs cōpellē do: post annū non p̄t assumere aliquā iuris dōnē cognoscēdo: qd hoc spectat ad ordinariū, quā ex nouā cā agat. Dic, in hoc, si uis hēre veritatē, si delegatus uelit pronuntiare missum tu dū tpe sīam quo mittit in possessoē, planū, qd p̄t hoc pronū tiare. & ita est tex. vt lite non p̄t. c. 2. quia pronūtiat id, qd est de iure. Si uult missum tueri, & cognoscere de iniurijs illatis, tūc si ante diffinitiuā sīam misit, adhuc durat eius p̄tā, & semper p̄t tueri, vt dicit gl. in d.c. querenti. Si post sīam uult tueri, tūc si hēt cām, Mittas, & missum defendas, uel p̄dictores eccl̄astica censura, &c. dicit Io. An. qd defendere p̄t ēt post sīam, & habita pacificā possessionē. Et hoc dicit curiā seruare, licet super hoc sint op̄i, quālī iste sit p̄seruator, de p̄eb. p̄ illorū. Si non hēt cām, si uult se intromittere ordinariē cognoscendo, nō p̄t. qd credo, ēt si hēat cām. & defendas: qd intelligit vt defendat nō vt iudex, sed vt executor: sed hoc spectat ad ordinariū. Et sic intelligo Ian. de p̄b. p̄ illorū. Si uult se intromittere multatēdo, & defendēdo ex ordinariē missum, si habuit pacificā possessionē, & postea turbat, nō p̄t se intromittere: qd priuāt, et si nō hēat pacificā possessionē, vel eo, qd habuit, & post modicū tps, & in contīnēti est repulſus, & p̄t se intromittere cōpellēdo ne sua missio sit ludibriū facta, de ele, cōmissa, li. 6, & quia nō vī missus, qui statim est eiectus. Et hēc sunt uerba gl. & doc. in d.c. q̄ renti. Hoc tenues p̄ ibi no. uide per Legistas in l. permiscesti. At de acq. pos. s. fi. & hēc sufficiat de hoc passū. ueniamus ad quia tum, & ultimū passū huius decre. & aduerte, quia hic examina tur. §. si uero. & in eius intellectu quā sunt capita, tot sunt sīe. Regula clara est hēc tex. Papa mandat. qd app̄l'o non iustificet, quia nō appareat Adā p̄iūtū per illegitimos testes, qd cognoscat de cā delegatū, &c. Si uero app̄l'o est iustificata, appellās debet remitti iudici a quo, si sīa non est lata. Fuit primus intellectus, qd hēc uerba, si uero, aliter aduerset ei, qd est dictū, & ēt dictū certa ueritate exceptiōis hēc testes, sīm, qd hēc decr. in eo, qd uult delegatū cognoscere, sit gratiosa. Hic intellectus non placet Io. An. quia fugiēda sunt iura, qd trahit iura ad ḡram. Et sīm istum exponit, si uero, aliter: i. quia non apparuit ip̄sum cōnictum p̄ inhabiles testes. Scīda lec. qd hic uer. si uero. aPr aduerset nō solū ei, qd est dictum de inhabilitate testiū nō inue ta, sed aduerset ad id, qd est dictū de sīa lata, ut sit sensus. Si uero res aPr se habuerit, i. qd nec p̄ testes inhabiles sit p̄iūtū, sed p̄ habiles, & qd non fuerit lata sīa ut narrabat de cā cognitionis, &c, hic tollit unā partē hēc p̄t sīa ueniebat p̄firmanda: sed p̄ut ipsi iudices nō dēbāt cognoscere, sed remittere, ex quo nō erat iustificata app̄l'o, adhuc est hēc. ¶ Scīds intellectus, qd uer. si uero aliter. aduerset tm ei, qd est dictum de testib. qd dicebat se p̄iūtū per illegitimos testes: & tunc hēc obstant, quia dicebat p̄firmare sīam. Bñ dicit gl. qd est gratia. Vel tene primam solutionē. ¶ Tertius intellectus Inno. quod hic fuerūt due ap-

pellationes. Vna fuit, qd exceptio non fuit admissa. Scīda à diffinitiuā lata qd p̄sbyterū. Vel fuit vna, qd secura diffinitiuā trahit ad appellationē à diffinitiuā, eo quia grauamen, si qd inferit in ipsa diffinitiuā, & non an, sequēdo istos testes de re iud. cū l. & A. Vn p̄t sequi ut ista appellatō ab interlocutoria, & si est retractatio, qd p̄t prosequi istam ut appellatō à diffinitiuā; & tūn dato, qd non probentur causa appellatōis, poterit iustifica re appellationem ex alia causa: quia hēc est natura appellatōis à diffinitiuā: mō si obtineat prima, retractabitur attentatum: si non obtineat, poterit p̄seq̄ scđam, uel aliam cām, & deducere scđam cām in appellatō: qd appellatio p̄t iustificari ex alia cā. Vn habit litera. Si uero res aliter se habuerit, s. qd non appareat p̄iūtūs p̄ illegitimos testes: & sic non sit iustificata appellatio ab interlocutoria, cām audiatis. s. appellatōis à diffinitiuā eiusdē in qua p̄sequit nouam cām, & ipsām terminet fine debito. Hoc non placet: qd si hic fuisse appellatō à diffinitiuā, vel habeat p̄ appellatō à diffinitiuā, et iustificatione appellatōis, statim fuisse reuocanda attentata de app. non solum. & hic nō mandat retractari, nisi iustificata appellatiō. Nisi salves, qd pri mo p̄sequebatur appellatōne p̄sequēdo ipsam ut appellatōne ab interlocutoria, idēo portet grauamen iustificari: modo ipsam p̄sequit ut appellatōne a diffinitiuā. ¶ Quartus intellectus qd versic. sin uero aliter. loquatur qd nō est iustificata appellatō. & sunt duo. Primo, qd est iustificata appellatō: & tunc mandat at tentata retractari. Scīdo, qd nō est iustificata, sed petit redditū officio iudicis a quo, & qd non fuit contumax. Sin uero aliter, i. qd non sit iustificata appellatō, eo quia non est coniūtū per illegitimos testes, cām p̄ creditiōis, & postea appellatōis auditatis, &c. Hoc non placet: qd hic fuit contumax necessariō, ex quo frustratoriē recessit appellans de dolo. cum, q. li. 6. eo. ti. cle. 2. ¶ Quintus intellectus ut litera legatur transpositiū, & est intentus, qd si iustificata est appellatō, retractentur attētata. alias p̄firmetur sīam: & tunc dicit, mandamus quatenus cām auditatis, & fine debito terminetis, si uobis, &c. usq; ibi: si uero. & ibi si uero aliter se habuerit, subaudi, sīam p̄firmetis. Vel dic, causam audiatis. i. sīam p̄firmetis. Hoc non placet Io. An. qd uiolētat līam. ¶ Sextus intellectus, qd prima pars loquat, qd est iustificata appellatō: scđa in uer. sin uero. qd non, sed est appellatōne delatum p̄ iudicem a quo, de app. cum appellatōbus. li. 6. & est fensus, si appetet eum coniūtū p̄ falsos testes: & sic est appellatio iustificata, & retractentur attentata. Si uero res aliter, &c, i. qd non fuerit iustificata, appetet tūn p̄ iudicem delatum, &c. dicit Io. An. qd līa hēc p̄cedit. Sed certē nō mihi placet, et supposita delatione: qd non debuīser Papa te impedire de iustificationē, et quo ad finem attentari, sed solum an eset, uel non eset delatum, ut si non appetet delatum mandatū de iustificatione si eset delatum de retractatione, & sic p̄tēro modo debuisse mandare. ¶ Septimus intellectus, sīm intellectum Phi. qd licet ueritatē non iustificet cā appellatōis, aliter tūn iustificat. s. qd fuit oblatō pbata, &c. Hanc reprobat Io. An. qd sic debuīset iustificare attentata retractanda: quia oblatō ēt quo istū finē iustificat: ut est casus de offi. deleg. super qōnum. §. eius uero. & est casus de iud. exhibi. ¶ Ponit gl. uniuersum intellectū, si uero res aliter se habuerit. qd ueritatē exceptionē p̄bat, sed res aliter se hēt circa attentata innouata, qd fuerit sīa lata. Papa mandat, & iustē, qd de cā cognoscāt, qd iustificata est appellatio, licet circa attentata sit narrata falsitas: nec per hoc uitiatū rescriptum: qd hoc est uariare circa principale negotium. Sed hoc non placet mihi: qd debet aduersatiua aduersari, ex quo p̄t, oībus p̄cedētibus. Dico ergo, & sequor intellectū, qd posui, s. qd appellatō ab interlocutoria, maximē ubi p̄cernit merita causē, p̄tēre duplicitē iustificari. Vn mō ex iustitia cā: alio, mō ex grauamine solo, et non aliter patefacta veritate iūstitia: & hēc in cā appellatōis narrat iūstitiā & grauamen: qd dicebat se opposuitē hēc testes productos, qd ipsi erant inhabiles: sic dicebat in ueritate esse. Narrabat ēt se obtulisse pbaturū, & non fuisse admīsum: narrabat sīam lata qd se, & illegitimi nē illos in ueritate falsos testes: & non solū intēdebat habe re finē retractationis attentatorū, sed ēt finē exceptionis, ut tā qd actore non pbante: qd testes erāt illegitimi, non molestaret amplius, & sic silentiū reo imponeret: mō p̄t, p̄sequebat in iūstitiā, nō potuit pbare ueritatē exceptiōis obiecte, & ex hoc nō retractarentē attentata: sed qd pbauit grauamen & suspensam iūris dōnē, iā p̄stat, qd qd gesit̄ fuit nullā: iō Papa vult, qd retractētur attentata ex altero capite, & cognoscāt de cā, & si dicāt. Hodie p̄stat fallitas causa: ergo ip̄se non deberet audiri p̄sequēdo grauamen: qd dico, qd licet hodie constet falsitas, negari non p̄t sīa, juris dōnē suspensam fuisse, quā ex hēc declaracione non ualidatur, per. c. licet de sen. excomiu. Nec dicāt, ex quo hodie declaratū est causam falsam esse, hēc declaratio retro ostendit, qd nullum fuit grauamen: ergo attentata non debent retractari: ut. l. a. s. ff. de haeredi. instit. qd hoc eset uerū, si essent pbas.

Anto. de Butrio super ij.par. ij. Decretal.

ti testes legitimis: & per hoc, quod nō hodie p̄batur illegitimi, non sequitur, ergo tunc erant legitimis: q̄a possibile, q̄ tunc potuit p̄bare, q̄ hodie non p̄t. Vñ hec declaratio non concludit ad tempus grauaminis illati dubij. Et si hoc uoluit. Phi. bene uoluit. Anto.de But.

S V M M A R I V M .

- 1 Testes, qui commode ad iudicium venire nequeunt, debet index audire per commissarium.
- 2 Testis non compellitur ad iudicium ire pro testimonio ferendo.
- 3 Delegati ad testes audiendos quales esse debeant.
- 4 Testes in causa criminali sunt per indicem audiendi.
- 5 Aegregia personae qui dicuntur.
- 6 Testis doctor, an compellatur iurare in testimonio ferendo.
- 7 Testes senes compelluntur testificari propter peccatum.
- 8 Testes recipiunt expensas a parte.

C A P. V I I I.

- 1 **I** qui testimoniū. ¶ Index mittere debet ad testes, qui ad eum cōmodè venire non p̄nt. ¶ Not. 1. hic quatuor qualitates personarum, qua non coguntur personaliter venire ad iudicium p̄ testificādi, q̄a personae sunt valerudinarię. i. infirmæ, q̄n sunt senes. Et ex hoc nota, q̄ tenetū de iure canonico non excusat à munere testificādi. Q̄n sunt debiles, & q̄n sunt pauperes: sed oībus casib⁹ p̄ examinatione est mittendum ad dominum eorum. ¶ Not. 2. quales sunt p̄sonae, qua transmittend⁹ sunt p̄ examinatione illarum personarum: q̄a debent esse idoneę. Et c̄l arg. q̄ debet esse plures: & sic nō vñ sufficere vnu. lo. An. dicit, qd debent esse duę p̄ sonæ loco tabellionis: alias rabellio sufficit. s. tit. 1. qm̄ ad hoc. s. tit. i.c. 1. ¶ Quare an, quod hic dī, p̄cedat in criminali. doc. hic, q̄d non. f. Vin. Inn. & Host. & restringit hoc c. ad causam criminali: quia in criminali examinandi sunt in p̄itia iudicis. C. de fi. iusti, aut. apud eloquentissimum. & no. gl. de iud. at si clerici. & in cle. i. de offi. dele. ¶ Opp. q̄ ad alias p̄sonas mittatur pro testimonio: ut. ff. de iure iurant. l. ad personas. Sol. Mittitur ad personas, de quibus in litera. Mittitur et ad aegregias personas. f. de iure iur. l. ad personas. in aut. e. §. qm̄. & dicit gl. in d. 1. qd egregie p̄sonæ sunt doctores: vñ eis scribit. Egregio doctori. &c. De p̄sbytero dicit. Sp. idem in Spe. de teste. §. sequit. uer. qd de p̄sbytero, ubi dicit, qd et ubi coram seculari producit in testem, iuñm non p̄st coram seculari, sed coram epo. Allegat 14. q. 2. q. & qd ibi no. in gl. q. ubi gl. uelle vñ, q̄ testificari et debet coram epo. Ad hoc, qd no. 11. q. 1. testimonium. Sic intellige. 23. di. illud. 15. q. 5. c. 1. Dat simile Spec. in laico, qui absens est: nā examinatur per suum iudicem. C. de fide instru. apud eloquentissimum. Fallit et q̄n persona est absens, q̄ debet in testem recipi: ut d. l. apud eloquentissimum. f. in gl. Fallit f. in Io. An. qm̄ testis causa testimoniū sterit p̄ns per. xx. dies: quia tūc recedere p̄t, & non compellitur redire. C. de test. l. p̄. de quo. 4. q. 3. uer. item is. qui. Alios casus, in quibus examinatione committitur ad dominum, uidē in Spe. de teste. §. qualiter. uer. p̄t et iudex. ubi dicit. q̄ index ubi p̄t se p̄ examine, non debet esse pronus ad testimoniū examinationem alteri committendam.
- 6 ¶ Gl. opp. q̄ non p̄pellant testes senes testificari. 4. q. 3. §. item inquit. Gl. dicit, q̄ secundo casu p̄pelluntur pp̄ peccatum. arg. 1. 1. q. 4. quisquis. cum si. uide ut lire non conte. qm̄. §. 1. & de te sti. cog. c. 1. nota in gl. ¶ Opp. q̄ paupertas non excusat à ueniēdo corā iudice: q̄a xq̄ue venire p̄t paupertas sicut diuites: nā pp̄ expensas nō excusat à paupertate, q̄a illas habere debet à parte. de rescrip. statutum. §. insuper. cum concord. li. 6. Dicit gl. q̄ forte erat nobilis, & pauper, qui in publico cōparere verecū datur pp̄ nimiam paupertatem. Posset etiā intelligi f. in Vin. & subaudi paupertate depravat. f. pdcentis. & dicit Vin. q̄ tunc iudex ordinarius dabit expensas: q̄a tenetur pauperem prouidere. in aut. de man. prīn. §. sit tibi. j. de excess. prela. sicut. 12. q. 2. aurū. Forte aliud in delegato, in quo sufficit, q̄ sibi non exigit. de ui. & ho. cle. cum ab omni. Ponit aut̄ Vin. uer. quos ponit Spe. in loco proximè allega.
- 7 Si fuerit testis pauper, retulitq; remotus.
- 8 Debilis, aegregius, aut qui productus egenus.
- 9 Ut testentur ibi debetur mittere iudex. Et uide in Spec. §. sequitur. co. tit. ante si. Puto. qd possit intelligi de paupere teste, qui habet laborare in domo pro expensis familiae: si: qui, si receperet à loco nihil lucaretur, & familia periret. ¶ Oppo. quod non admittitur in testem pauper: quia suspectus est pp̄ paupertatem. ff. sol. ma. l. si constante. de do. inter vi. & vxo. per vestras. So. Dic, quod licet sit pauper, alias erat honesta persona: q̄ria loquuntur de suspectis. Vel repellitur in criminali, non in ciuili, ut hic. Anto. de But.

S V M M A R I V M .

- 1 Testis corruptus, & perjurus non probat.

- 2 Sententia lata non retractatur ad testimoniū dicta, per quae afferunt testimoniū cum corruptela. 5.

caſe cum corruptela. 5.

- 3 Testis depositione prime, quomodo creditur, vt nec secunda in contrarium factū praeditetur.
- 4 Adulterij delictum multiplicatur ex iteratione copulae.
- 5 Periurij in testificando quae sit pena.
- 6 Sententia, quomodo potest retractari exceptione corruptela.

C A P. I X.

- 1 **I** cut. ¶ Corrupti, & periuri, ad testimoniū nō debent admitti, h.d. Communis diuinio. Secunda ibi. super quo. ¶ Not. 1. quod ad dicta testimoniū afferentium se corrupte falsum testimoniū dixisse, non retractatur sententia ad eorum dicta lat. ta. ¶ Not. 2. quod testi p̄iū eius, quod testificatus est in iudicio, extra iudicialeiter afferent non creditur, nec primo dicto detrahitur ad finem ut prior sententia ad eius dictum lata retractetur: & sic statut primo dicto. Et hoc est uerum et respēctu sua, quia non transit in rem iudicatam. ¶ Not. 3. differentia esse an post sua diuortij sit processum ad h̄cūlū alterius matrimonij: & non admittitur ad retractandam sententiam probatio corruptelē testimoniū, ob quorū dictū est lata diuortij sua. An resist integra & admittitur probatio, & retractatur sua, eo quod sola p̄batur corruptela. ¶ Not. 4. qd utrobiq; imponitur penitentia de corruptela. Et no. qd punitur ex duplice delicto, ex adulterio & periurio: & sic iuramentum testis extēditur ad 4 id, ut iure se non corruptum. ¶ Not. 5. quod ex iteratione copulae cum alteri coniuncta, iteratur pro quacunq; delictū adulterij, & multiplicatur. ¶ Opp. quod non retractatur sua lata, licet p̄bet testes corruptos falsum dixisse, de re iud. cum. I. & A. Contrarium p̄cedit, qm̄ per alios sua nō sustinetur. ¶ Opp. qd admittatur qs ad dicēdum h̄ sua separatiuam matrimonio nī ex confanguinitate, de cognati. sp̄. super. e. So. Denuntiator bū admittit, id non admittuntur testes dicentes se corruptos: Alij dicentes illos corruptos, admittuntur, sīm distinctionem huius c. Non obstat qui iniat. accu. pos. c. fi. dic ut ibi. ¶ Gl. prima ponit p̄cam per iuriū testificando. ¶ Gl. scđa p̄sequitur generalia, & est clara: uide per te. ¶ Gl. 3. opp. 3 illud Brocardum. Qui occasionem damni, &c. & bene. Sol. dic ut in ea. ibi. §. qa uero. dic de hoc ut ea. q. in summa. & addc. qd no. de homi. de cetero. & 1. q. 1. his quoscunq; & diēto. c. placuit. 3. ¶ Gl. opp. qd indistincte sit uel non deuētum ad h̄m h̄cūlū, separentur: q̄a in iusfinali sua non transit in rem iudicatam, de re iud. lat. & c. confanguinei. & patet. in c. tenor. Sol. Gl. satetur maximē q̄a probata falsitate semper retractabitur sua. Et dicit subaudiendum maximē retractabitur, anteq; sit deuētum ad h̄m matrimonium. Dic fīm doc. p̄ qm̄; post sua quis pr̄tēdit falsitatem, uel corruptelam & falsitatem simul: & tunc dñt, q̄ admittitur ad retractandam sua, sit vel non sit fīm matrimonium h̄cūlū, fīm doc. per iura pr̄dicta. Quod puto: sed non ad dicta solum corruptorum testimoniū hoc confitentium retractabitur: & tunc adhuc non est differentia an sit, vel non sit h̄cūlū fīm, sed quo ad hoc ut iudex possit, uel debeat retractare alios recipiendos: dic, qd moueri non debet ad hoc ex solo dicto testimoniū et ad alios recipiendos ex solo dicto corruptorum testimoniū, qm̄ res non est integra, sed qm̄ res est integra, sola assertio corruptorum testimoniū dat instam cām iudici ad ingrendū ex officio, & recipiendum alios testes super corruptela & falsitatem, & illos separādi. Dicit ēt Inn. qd est alia differentia an an trāsitum ad secundā vota removetur qm̄, an post: q̄a ubi post, cum maiori discussione recipientur testes, & difficilius retractabitur sententia, fīm Inn. Sed Hoft. dicit, q̄ qm̄ non migrauerūt, imponitur tantum poenitentia de periurio: qm̄ migrauerūt, imponitur poenitentia de periurio, & adulterio, & sic est alia dīria: vtroque tamen casu fieri inquisitio de qua sequitur. Qm̄q; sola opponit corruptela: & tūc dicit Io. An. quod mens illius literat, quod distinguatur an res sit integra: & retractabitur sententia, & admittitur probatio solius corruptelæ. Nec obstat, qm̄ non admittit exceptio corruptelē tantum, nisi ante sua, vt sicut no. 3. de proba. licet causam: quia illud procedit in alijs sententijs, quae tūc transeunt in rem iudicatam per quod dicit securus in his, quae non transeunt, ut hic. Idem si aliter non transcant, ut qm̄ sit appellatum: quia de corruptela poterit opponi.

- 1 Testis esse non potest socius criminis. 3.
- 2 Simonia, quando committitur per eum, qui temporale remittit vt sibi spirituale detur. nu. 6.

- 4 Testis vno quibus casibus credatur. 5. 8.

- 5 Remittere idem est, quod dare.

- 6 Testis esse quando possit socius criminis.

- 7 Fama an probet iunctio vno teste.

C A P.

De testibus, & attestationibus.

27

C A P. X.

- N**eniens. ¶ Socius cr̄is, & muneris nō testifi-
catur, ēt in crimine simoniae h.d.
Prima ponit petitionē psbyteri. Secunda illā exaudit.
¶ No. 1. qd remittere tpacl sibi debitur, vel debē-
dū, pro qdō sp̄iali, simoniae inducit: & sic talib.
idem est remittere, qd dare. ¶ No. 2. ar. qd ubi ēt non hēt uñ se
sustentet, parochiani tenent ad ministrandos uictus, & p̄bēda
re rectore. No. qd talis p̄bēda censemur loco bīficii: & sic spāle
ius est. ¶ No. 3. qd socius cr̄is non admittitur in testim: & si de
crimine testificatur se participē fuisse, eius dictū ex toto anni-
hilatur, & qn̄ de crimine agitur: ciuiliter: & sic de se confessio
non credit, siue agat de crimine criminali, de conf. c.j. siue ci-
uiliter, ut hic. ¶ No. 4. p̄ dicto unius regi nō creditur. Casus
aut, in quibus uni credit, uide in Spe. de teste. \$ restat. in prin-
ver. Hoc tñ fallit. 86. di. tanta. ¶ Op. qd talis remissio nihil simo-
nia induceret, cū non fieret pro qdō sp̄iali, eo qd laicuñ non
pot̄ trāferre sp̄ialia iura, cū nec illa possidēat. de p̄sc. cām. So.
Dic, qd laici isti forte hēbant ius p̄fitandi. s. de ele. querelam.
¶ ¶ Op. qd credit uniu. ut patet de iure. c.f. So. Ad probōnem
non credit: ut hic: ad p̄sumptionē sic, ut in ſr̄io. ¶ Quero, an
talism remissio inducat simoniā, siue fiat aū p̄ficationē, siue ante
electionē, siue post. Dic, qd exigit, qd fuerit facta ante: nam
post non induceret simoniā, licet ualeret, ut talis cōcessio ad
vitā remittens. de do. c.2. de transfa. c. de cetero. ¶ Gl. i. colli-
gitidē eſſe remittere, qd dare: nā emptio & credēptio aequipa-
rant. de quo. j. de simo. querelā. ¶ Op. qd uni fides adhibeat.
ff. de dote pl̄e. l. Theopōpus. Gl. dicit, rP fides non adhibeat, niſi duob. Fallit in casu. l. Theopōpus. qn̄ hoc iussit testator, ut
illi fides adhiberet. De aliis casib. remittit gl. 22. q.4. innoçens.
sed dicit, qd illi casus probant hoc ex iudicū, uide ibi. 20. q.3.
p̄ns. 3. q.6. \$ fi. & j. e. n. p̄p. Dic, qd qn̄ credit iuñ, & dicto vni
ad cōmodū p̄priū: & hoc est. qn̄ stat iuñ aliciuſ, in quo cō-
prehendit casus. C. de iure do. in p̄p. l. fi. \$ fi uero. qn̄ iurat cre-
ditor in eo, qd est sup̄fluū de p̄to ultra rē, quæ ad iudicāt info-
lūtū, cōprehendit casus. de sen. exc. \$ fi uero. 86. dist. tanta. Inter
alios aut̄ credit, qn̄ nulli si p̄iudicū, ut qn̄ dubitat, an qd sit ba-
ptizatus, vel an ecclēſia sit cōſēcrata. de cōſe. di. 4. cū itaq. & c.
paruulos. & di. j. solennitatis. no. 2. q. j. multi. ¶ Qn̄ aut̄ alteri fit
piudicū, credit uni. Primo, qn̄ agit de ſhendo. j. co. sup̄ eo. de
ſpon. p̄terea. 2. Scđo crediſ ſacerdoti dicenti aliquē penituitate:
de simo. nemo. de quo de teſti. teſti. Item credit uni pp̄ eius fi-
dē indubitat, pp̄ merita uitæ ſuæ, & eius ſanctitatem. 8. q.3. talia
28. di. de Syracuſa. Itē credit executori dicenti ſe citatae. de
app. cū parati. ff. de re. eo. l. & magis. \$ illud. Et h̄c uide. 30. cas.
quos ponit Spe. i. ti. de teſte. \$ restat. ver. hoc tñ fallit. Inter quos
no. illu. in quō dicit, qd credit, si in hoc partes queniant, ut cre-
dat uero partis. all. C. de ſen. paſſiſ. l. fi. & C. de ſideiſ. l. fi. De
hoc dic, ut per Bar. in l. Theopōpus. de do. pl̄e. & l. fi. ff. de p̄to.
ſtip. & dixi de dolo. finē. Quid tenendū. Inter cateros ponit ca-
ſus, qn̄ dubitat de publicatione inſtri: qd a tunc ſolus tabellio fa-
cit fidē. C. ad legē Cor. de fal. in auth. de fid. inſtru. & cau. \$ sed
& ſi inſtri. col. 6. Ponit et̄ caſum, de quo hic. ſlegis, Theopōp.
ff. de dote pl̄. qn̄ testator uult uni fidē adhiberi. An aut̄ dicto il-
lius, cuius dicto credendū est, ſtetur abſq̄ iuñ. Dic, qd ſic, qn̄ ha-
bet aliqd aſſerere de eo, qd est factū, uel dictū a testatore, & ſic
venit, ut teſtiſ: & ſic dictum est magis defuncti, qd teſtiſ: ut d.l.
Theopōpus. & l. u. iuriſurandi. C. de teſti. Idē ſi deſtarri dicto
alicuius aſſumpti a iudice, ut teſtiſ, uel arbitratoris: ut l. cōpa-
rōnes. de fi. inſtri. licet ſh̄i noteſ in l. ut iuriſurandi. C. de teſti.
& l. poſt priu. de uen. inſpi. Idē qn̄ aſſumit a partib. mandante
iudice. l. hac edictali. ſis illud. C. de ſedis nup. Secus aut̄ ubi
aſſumit a partib. & p̄mittit ſtarī dicto illius: qd tunc potius est
arbitrator, qd teſtiſ, iō nō iurat. Et idē ſi dicat testator ſtandū di-
50. di. ex penitentib. 24. di. ca. f. In ñtrium arguitur: quia nemo cogitur le prodere, de poen. d. 1. non tibi dico. Gl. concludit, qđ si interrogetur de his, qā habemus. 4. q. 3. si testes. & C. eo. l. 2. qđ rñdere tenetur: de alijs aūt, nec de consuetudine, nec de iure rñdere tenetur. Io. 2. q. 7. querendum dicit, qđ debet rñdere an sit habilis ad testificandum in genere. ff. de qđ. l. 1. \$. qđone. Recitat alios dicere, qđ ēt potest querere an sit liber, vel seruus, Inn. de elec. dudum, dicit, qđ de criminē interrogatus rñdere cogitur, nisi penitentia egerit: si non egit penitentiam, rñdere cogitur: & hoc: quia primo casu non repellit a testificando pp cri men. de testi. te. testimonium. Dicit, si queritur an debeat iudex ex se inquirere de habilitate, uel inhabilitate testis, an sit, habili lis ad testificandum. Dic, qđ sic, qđ est ignotus, uel suspectus: ut no. lo. in d. c. quārendum. Inn. de accu. inquisitionis. & queret ab alijs, ut ibi dicit Inn. & summatum. l. sine solennitate. 2. q. 7. terminaciones sequi, & c. quārendum. Si est notus, non hēt inquirere: quia de quolibet noto p̄sumendū est bonū, nisi aliud probed. de p̄sump. & no. Inn. & lo. in loco prealleg. Si queritur an iudex dēat interrogare testem: si querit an possit interrogare in genere, an possit esse testis, & possit interrogare: ut no. lo. in d. c. quāredī. Si queritur an possit interrogare de his, qđ hñr in l. 4. ff. eo. & in c. si testes. 4. q. 3. Gl. dicit hic, qđ interrogari p̄t an sit decurio, uel plebanus, an honestus, an inculpatus uite, an sit notatus uel reprehensibilis, an locuples an egenus, an lucri cā faciat, & an inimicus uel amicus: dic de alijs inhabilitatib. a criminē potest interrogare, & rñdere teneret. Et hec est cōfūcio Spe. in Spe. de teste. \$. iam de interrogatoriis. ad fi. uer. porro. ubi enumerat multas interrogations, ad quas rñdere tenet: postea ponit cōfā quo ad oēs, quā redditū inhabile. Si n̄ interrogetur de criminē, an de illo postea specificē interrogetur, dubitat. Inter ceteras aūt assignat vnam, ut interroget an verba mala habuerit cū aliqua ex partib. Item de sua cāte. Itē an p̄rēce, uel pretio sic testificetur: an cā lucri, uel danni: an sit inimicus, uel amicus: an alteram partē magis diligat, & quam uellet obtinere. Item addit de honestate: & sic practicatur. Puto ēt interrogare an sit diues, uel pauper. Dicit tñ, p̄ hic rñdere non tenetur, nisi sit euidentis paupertas. l. 2. C. qđ, & qui. quar. pars deb. Ibi lo. An. post Gui. de Suza. concludit, qđ p̄t interrogare, & rñdere tenetur ad omnia, quā suam turpitudinem nō detegunt: sed ad illa, quē suam turpitudinem deregunt, rñdere non tenetur: ut crimen, infamia, excōicatio, & similia. Secos de paupertate. Dicit tñ Spe. qđ licet testis non teneatur rñdere, pars compellitur: quia iūrm calumniā ad hoc eum adūringit, cum iuret non onerare aduersarium. C. de inramen. calu. aut. in hoc sacramento. Igitur de sua & testis infamia rñdere tene tur. De criminē autē p̄t interrogari & in gū, in & specie. fm Ho. hic, & Inn. de accu. inquisitionis. Si queritur an interrogare teneatur. Rñdetur, si crimen est occultum, non arctatur rñdere: si est publicum, & famosum, fm quosdam arctatur rñdere. Sed non placet hoc Inno. \$. de confes. c. 2. ubi dicit indistinctē eum non arctari rñdere, siue sit famosum, siue publicum, siue notorium, siue occultum. Fallit fm Ho. qđ queritur de factō principaliter in iudicio, in quo participis fuit, & sic interrogatur de factō suo, super eo, super quo rñdere tenetur. de elec. per inquisitionem. & c. 2. de confes. & hoc tenet Vinc. de teste. testimonium. Sed hoc non placet Inn. in d. c. 2. nec finaliter in hoc persistit Hos. hic. Non ob. si dicatur, p̄ ubi p̄ aliquem agit, accusando, uel inquiringo, nel excipiendo ñjudicandum, qđ rñdere tenetur positioni criminose, qđ publicē sit coniunctus, uel reprehensib. in delicto, uel cōfessus, uel infamatus: & si nō ponatur in positione, publicē cogetur rñdere: quia si potest ei. indici purgatio, in qua oportet per suum iūrm, & compurgatorum purgare, & negare se commississe, uel fateri. 2. q. 5. pr̄f. byter. multo fortius poterit induci, ut uerbo simplici rñdeat. Postq; n̄ pr̄cisē non compellatur, causatiū: ut habeatur pro confessio, uel suspendetur: quia uanum videretur nō purgare se, simplici uerbo, qui se purgare debet, & cum multis iūfo: quia illud procedit, quando agitur contra cum directo: hic quando excipitur contra testem: quā oppositio plus est contra partem, quam contra testem: & quia de hoc non agitur, nec super hoc iurauit, nec etiam se prodre dēt. 2. q. 1. in primis. Itē quā ñctum non agitur ut denuntietur boni testimonij, sed ut repellatur a testimonio, uel accusatione: & pp primum tantum indicitur purgatio. f. de purga. ca. ex tenore. Nec ob. c. 2. de cōfes. quia ibi rñdet, quia a noluit, nō quia cogere. Et sic potest rñderi ad c. per inquisitionem. de elec. de accus. inquisitionis. Non obstant iura all. in gl. in quātū dicunt de accusatione: qā aliud in accusatione, aliud in teste, ratione īā dicta. Item nec iura illa debent testem cogere rñdere, uel accusatorem. Non obstant iura, inquantum dīt de ordinando: quia nec ordinandus dēt omnia sua criminā confiteri. De quo dic, ut de elec. dudum. concor. c. inquisitionem. de accu. patet. 50. di. ex penitenti. lex tñ illa, quā ordinis exceptionem habet. Item licet in

Anto. de Butrio super ij.par. ij.Decretal.

pluribus sit similitudo, non tamen in omnibus, nec in hoc: cū in ordinatione hoc speciale statutū sit pp periculū animæ. Tertio est dubium, an si iudice, q̄d de facto interrogāte, testis r̄ndeat, sibi pr̄iudicetur, vt repellatur. Vr̄ q̄ sic, per dictum. cū super. de confes. & de elect. per inquisitionem. In p̄rium, v̄ ei nō credendū: quia super hoc non iurauit. s̄ de testi. c. de testibus. Dicit Inn. in c. inquisitionis. quod creditur ei non ut testi, uel iurato: valer tñ, quia in hoc magis est ei credendū, tanquam melius informato, qui de se melius nouit ueritatem, q̄ alter. Vel scđo, ut no. Inn. in c. cū super. cū d. c. inquisitionis. q̄ ei creditur tanq̄ testi: quia testis, qui iurauit super principali dicere ueritatem, non dī iurasse super oībus appenditijs, sicut est istud, q̄ r̄ndeat, an sic interrogat testes. s̄ de offi. dele. præterea. si de iuris omni. iu. l. 2. Nam cū iudex debeat ab aliis inquirere, an sit liber, an bona fama, & multa alia circa p̄sonam testis, ut in iuribus all. in gl. licet testis non teneatur r̄ndere, tñ si r̄ndit, tanq̄ hoc sit de accessorijs testimoniij, valer testimoniu, vt hic, & in c. de p̄fes. & d. c. inquisitionis. vel inq̄tu testis arrestatur inter alios testes, & exiguntur, q̄ sit iuratus: inquantu s̄ se dictum eius non est testimonium, sed p̄fessio, quae nō exigit formam iuramenti: & sic ei pr̄iudicat. Et sic potest intelligi Inn. in d. c. inquisitionis. ad fi. gl. ad hoc, qđ ipse no. in c. veniens. 2. De hac materia habetur. 2. q. 7. quærendum. 8. q. 3. Artalus per Inno. vbi ēt dicit, quid de ordinato, & accusante, de ele. dudū. de cōfes. c. 2. de accu. inquisitionis. in Spec. depositi. §. septimo. versic. 19. in Spec. de teste. §. iam de interrogatorijs. ad finē versi. sed nūquid.

21 ¶¶ Quæro an exigatur, q̄ testes cognoscant litigantes pro quibus, & cōtra quos testificantur: & an exigatur, q̄ cognoscant h̄bētes. Glo. dicit q̄ sic: alias non v̄, quod p̄grue testificari possint. in auth. eo. ti. gl. 1. in aut. de fide in str. & cau. circa princip. eriam si nominatio nō cognoscant, sed sic si p̄tentur. Dicit glo. q̄ partes sunt testibus exhibēda, vt eas cognoscant, & in ea de forma, &c. ff. ad exhiben. l. sed & si quis. l. l. Janus. & hoc frequenter sit, precipiū vbi factū est suspectum. lo. And. remittit ad no. per se in eo. ti. §. 1. ver. testimoniū aut. ante princi. ver. item quod nō prohibet. Vbi dicit, q̄ si queritur, an debeant testes descripti, in iūtō cognoscere partes: dic q̄ salte vnuis cognoscere debet: & statutum est de hoc hic. Si queritur, an debeant cognoscere partes: inter quas testificantur. Dic quod gl. dñt, q̄ sic, v̄ hic, & l. 3. §. 1. ff. de testi. Dic, q̄ si is, qui deponit, super factō ab vtrq; parte, oportet quod cognoscat vtrāque partem, à qua actus est factus: vt d. l. 3. §. 1. nota glo. imo in personali ēt exigitur, q̄ cognoscat vtrq; parte: in reali secus. Hęc vera quo ad testes, qui deponunt super principali: nā si deponerent super aetate alicuius incidenter in personali sufficeret, q̄ cognosceret personam illam, de cuius aetate dubitatur. Si autem non respiçiat factū alicuius partis, non est neccesse, q̄ cognoscat aliquē: vt si peto, quanto plus ualuit frumentum à tpe more: super tali estimatione deponere p̄t testes personas nō cognoscētes. De quo per lo. 4. q. 3. itē in criminali. Si ergo factū applicatur ad personas ambas, vel qualitas, vel id, super quo deponitur, oportet q̄ oēs cognoscat: si ad alterum, vt illum: si ad neutrum, non oportet vt cognoscat. ¶¶ Quæro, quare exigitur, q̄ testes interrogētur de tempore. Dicit gl. quia si discrepant, siue in loco, si ue in tempore, nō probant. 3. q. 9. nihilominus. In quantum gl. dicit diueritatem in tpe annullare dictū testis: dic, si actus est iterabilis, diuersitas in tpe p̄cludit diuersos actus, ideo testes nō contradicunt: si actus non est iterabilis, si discordant in tēpore, cōcludit h̄rietas. De quo. 3. q. 9. nihilominus. Nūquid autē, q̄ de tpe deponant, an sit de substantia ad validitatē testimoniij. Communiter cōcludit, q̄ de qualitate t̄pis, an esset pubilosum, vel serenum, non est neccesse, q̄ deponatur, saluo nisi ppter suspitionem hęc interrogatio fieret ad cautelam, vt dicit glo. hic, si de tēpore. i. de quota t̄pis, vt qua dñe, & quo anno: si tempus est: de substantia eius, de quo agitur, oportet q̄ de tpe deponant: si nō est de substantia, tunc oportet cōsiderari, q̄ non est neccesse, quod deponant de tpe. Si tñ de tempore interrogentur, si discordent, si ambo, vel omnes determinant certū t̄pis, non probant: quia vel singulares sunt, si actus est multiplicabilis, vel contradicunt, si actus non est iterabilis. Si respondent de tempore minus determinato: alter non determinat certum tempus: quia dicit, q̄ sicut tali die, vel alia, tunc reducū tur ad p̄cordiam: vt dicit Inn. j. de accusa. qualiter. 2. Si tamen oēs de tpe interrogati nihil respondeant, est suspicio p̄ testes. v̄bi perfectè probant, vt dixi. §. co. ex tenore. & not. in Speci. de teste. §. iam de interrogatorijs. ver. item queritur. de hoc per Archid. 3. q. 9. nihilominus, & d. c. §. iam de interrogatorijs. ver. item de tempore. & ver. seq. ff. e.l. ob carmen. in gl. fi. Est tamē aduertendum, q̄ testes plus verisimiliter recordantur de loco, quam de tempore: quia tempus de facili labitur a memoria: vt dicit Innoc. in dicto. c. qualiter. & Specu. in loco præallega. Item, & vt ibi dicit lo. And. in addi. in loco præallega. idem est dicendum vt propter suspicionem etiam possint interrogāre.

gari de die, & hora, & si unus testiū deponat de hora, alter de die, sed non de hora, ad concordantiā sunt reducendi, ut no. in locis præalleg. Per hoc est expeditus unus modus intelligendi: vt ex tpe, id est, t̄pis circumstantia, quo factū testificatus est, cognoscat fidē testis. Potest ēt exponi, vt ex tpe allegetur fides, i. ex mora testificandi: nā si tarde, & cogitando r̄ndet, suspicio est quod nō dicat verum subornatus. 4. q. 3. §. item testibus, & c. cōsiderandum, ubi illud no. Per hęc dicit lo. 5. q. 5. §. sed & aliud, quod si testis nimium cito respondet, est suspectus: si tardet in responsione, ēt est suspectus: debet ergo eligere medium, 50. di.

23 ponderet. de quo. 5. q. 5. illi qui per Pau. ¶¶ Quæro quid si pp impedimentum partis, testis non potest in iudicio ueritatem dicere. Dicit gl. q̄ ut, q̄ debeat haberi pro producto p̄ illū, qui facit illū impedit, & cōsentit: quia si uelit phibere ne tali modo impediatur, bene posset. j. c. constitutus. 3. q. 7. §. si quis autē. In contrariū arguit gl. 1. q. 4. quia p̄sulatus. Hostien. dicit, q̄ si principalis, uel alias, eo mandante, hoc facit, habetur pro producto: arg. ff. si quis caut. l. 2. Idem si fiat per alium amici principaliter, ipso principali tacentे, & disimulante: arg. de simo. veniens. & ca. a nobis. fecus si hoc fiat ab inimico, uel ēt amico, ipso sine fraude contradicēt, ut ibi, & d. c. quia p̄sulatus. ff. qui. ex cau. in posſe. ca. l. penul. & adde, qđ dicet. j. eo. constitutus. 1. Idem tenet Cy. in l. prouidēdū. C. de postu. post Ricar. Malum. alleg. C. de probati. l. 1. de possēsione. Per q̄ dicit, qđ si aliquis mihi subtrahit probationem, testes corrumpendo, uel cum eis hac de causa inimicitias contrahendo, causam perdit ff. de iure fisci. l. 3. §. 1. & j. c. constitutus. & c. intimauit. & detest. col. peruenit, & ff. de quæstion. l. 1. §. seruus. ¶¶ Quæro q̄n di catur multitudo inefrenata. Glo. dicit, quod q̄n sunt. 40. Gl. di cit attendi debere qualitatē, & quantitatē cauſe: & fm illā arbitrabit̄ iudex. Per hoc Vin. reprehendit dicentes hūc nume rū ordinariū a iure statutū cūlibet producēti testes: nisi enim iudex moderetur, producat quorū uult: facta moderatione. producat quos melius scire credit, per decr. Dicit lo. q̄ per c̄am. Quidā alij: dicunt posse conuenire. 40. sed dicit, qđ non bene adaptatur: quia facilius examinantur multi testes, quā conue niantur plures rei, vel quā una cauſa expediatur. Idem Vincen.

24 25 ¶¶ Opp. q̄ non possit habere ratas: attestations in alio iudicio. j. eo. p̄fentata. Solut. Dicit gl. q̄ forte poterit habere ratas, fm distinctionem illius c. ut si concordant, habeat: si non concordat, & mortui sunt testes, p̄pellit habere ratas, alias non. Sed vi detur, q̄ non sit neccesse, q̄ habeat ratas: quia valent attestations inter easdem personas. j. eo. cum. causam. Secundo intelli gunt aliqui, q̄ altero respectu non ualebant attestations, quia forte fuerunt h̄a attestations recepta ab arbitrī, vel forte fuerunt delegati: sed non valuit receptio, quia processerunt duo sine tertio delegato collega: uel alter eorū fuerat recusatus, secundum Vin. Tu dic, q̄ contrariū loquit̄ de publicatis, hic de non publicatis: quo cauſu standum est dicto glo. quicquid sen serit Bar. in l. 2. ff. iudica. foli. Dixi. §. co. cauſam, & dicam. j. ca. Albericus. Secundū hoc ratificare p̄nt attestations, quē nō ualent, non solū per expressum p̄sensum, ut hic, sed etiam tacitū, fm Innoc. alleg. 4. q. 3. si quis testibus. j. c. tuis. & c. p̄fentata. & c. constitutus. & j. c. significauit. in glo. dicit uerum hoc no. Secus dicit in lit. contestatione, & in alijs, quæ sunt de substantia iudicij: quia talia non possunt ratificari: ut no. de libel. ob. c. 1. de lit. conte. c. 1. de offi. deleg. de causis. & c. prudentiā. §. sexta. Attestations autē vires sumunt ex p̄actione partiū, ita quod si ab alternativa opponatur, quod in hoc iudicio producēta non sunt, tale exceptionem tollit replicatio p̄acti, ut patet in iuri bus præalleg. ff. de re iudi. l. si conuenierit ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & post operis. ad hoc qđ no. de pac. ca. 1. & 3. Ex hoc inferit, q̄ quanvis ille, cui eff. commissā recep̄t testium, non possit ip̄sum de iure alteri cōmittere, cum sit sibi certum & nudū officiū p̄missum, consensū tñ partium etiā tacito talis p̄missio rati ficari potest, dūmodo non obſtetur error iuris uel facti, ut patet ex p̄missis, & in eo, qđ no. §. de offi. deleg. qđ. & j. de re iudi. cū Bertoldus. j. c. uenit. Quidā tamen, fm Inn. dicunt, & forte bene, q̄ consensus partium tacitus non sufficit: quia quādo presumuntur tacitē consentire, presumuntur, q̄ iudex magistratio ne uia iurisdictionis hoc faciat, quam q̄ velit se ex pacto obligare. Iudex autem ratione solius suā iurisdictionis facere potest, dummodo saltem tacitē consentiant. arg. de offi. dele.

26 prudentiam. §. sexta. fm Inn. & Host. ¶¶ Quæro, an ante publicationem attestations possint testes ijdē repeti. Lau. & lo. dicunt, q̄ repeti possunt, vt addant, quia fortē tunc omnia nō habebant in memoria. in aut. eo. §. quia vero multi. ff. de qđ. l. repeti. Possunt etiam repeti, vt corrigan errorem, fm eos. Sed hoc non placet glo. quia hoc debent facere incontinenti, non ex internallo. j. titu. 1. præterea. & 35. quæstio. 6. de paren tela. ¶¶ Quærit glo. quid si testis primo ductus in iudicio, & se cōndo ante publicatas attestations reprobatus, dicit cōtrariū eius, qđ primo testificatus est. Dicit glo. q̄ non ualet dictum suum,

27

stium,nec creditur ei:argui,j.co.cum in tua.nisi forte ita esset, quod priores attestationes non valuerint,puta ab eo recepta, qui nullam habebat iurisdictionem, & que potius pro nō scriptis debent haberet: nec debent publicari, sed potius incidi. De hoc j.c.cum in tua, & j.c.seq.in gloss.penul. & in Spe. eod. titu. §.i.ver. quid si idem testis. & frequen. ubi idem ad literam dicit. Et facit finis huius gloss.ad.q.de illo, qui coram non iudice, qui tamē putabatur iudex, salutem depositum. Ad quod facit, quod no.in regula, non est sine culpa, de regu. iur.lib.6. ibi Ioan. An.dicit eum de falso teneri, qui depositum non iuratus, ex quo sua intrinseca, alias extrinseca forma depositum, ut testis:per.l.si quis legatum.in prin.fl.de fal. Secus si non in forma testimonii depositum: quia tunc non punitur de falso: ut si priuatum hoc dixit extra iudicium tabellioni: si hoc tunc dixit ad praeiudicium alterius, tenetur ciuiliter illi, ff.de fal.l.falsus. §.si quis in personam Bar. idem tenet. in d.l. si quis legatum, quia testimonium habet formam testimonii, eo quod depositum in iudicio, licet non iuratus: cum iuramentum non sit de forma. Quod patet, quia potest remitti partibus. Per quae dicit, quod si testis extra articulum depositum: quia tunc viatitur testimonium, eo quia deponere videtur non iuratus, 28 adhuc punitur de falso. Ex praedictis patet decidēdūm, quod quando deponit, etiam incompetenti iudice: quia tunc perinde est, ac si extra iudicium deponeret, quod non punitur de falso: ut dixit glo. & bene: quia nullitas concernit substantiam 29 testimonij. Dicit tamen Spe.intit.de teste. §.i.uer. item quod aliquid addidit de suo, quod si testis in dicto suo aliquam annexit falsitatem, etiam scienter, nihilo minus valet eius deposicio, dummodo falsitas illa non tangat substantiam, vel circumstantias negotij, super quo deponit: ut si dicat contrahentem esse aliunde, quam sit, vel alterius esse affinem, quam sit. Officium enim testis non consistit in his: quia nil facit, unde sit contrahens, vel quorum sit affinis, & in similibus dicit Ioā. And, puta si interrogat cuius capella sit dicens, in qua conficiatur instrumentum, sicut accidit de sua: notarius scriptor em in Parochia Sancti Proculi, cum sit in parochia Sancti Iacobi. Ioannes Andr. ibi remittit de testi fraternitatis, hec sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes super eodem capitulo, quomodo producere licet.
- 2 Ad appellationis prosecutionem non admittitur quis sine mandato.
- 3 Sententia executionem potest tertius impetrare pro suo interesse. nu. 10.
- 4 Probatio in iudicio summario facta, non probest in plenario.
- 5 Testes producuntur in iudicio, & recepti, in possunt reprobari.
- 6 Testis esse non potest excommunicatus.
- 7 Sententia executio non potest impediri per procuratorem.
- 8 Exceptio, Tua non interest: an posset opponi, post litem contestatam.
- 9 Elezioni, vel confirmationi se opponere, an arctetur probare sua interesse.
- 11 Sententia executionem, ubi tertius nititur pro suo interesse impetrare, qualiter siem via poterit probare suum interesse.
- 12 Testes producuntur una causa, an probent iam examinati respectu alterius, etiam inter easdem personas, & eodem iudicio.
- 13 Testibus producitis in causa principali, datur parti optio, an uelit illos approbare, uel non.
- 14 Sententia lata, quando noceat tertio.
- 15 Absoluto non requiritur excommunicato iniuste.
- 16 Testificari quare compellantur illi, qui sumi de capitulo, in causa ecclesie.
- 17 Testis excommunicatus, quando sufficienter probet.

C A P. X X X V I I I.

Veniens. ¶¶Vbi variatur modus agendi publicatis attestationibus, super eodem capitulo testes producere licet, & sunt tres partes. Prima ponit ordinem processus, & disputationem partium super receptione testimoniū. In secunda Patria interloquitur, ibi: nos igitur. In tercia causam committit, ibi: quocirca mandamus quatenus. ¶Nota primo, quod sententia potest pro parte executioni mandari. & nota practica 2 super executione sententiae. ¶¶No. secundo, quod ad prosecutionem appellationis non admittitur quis, nisi habeat sufficiens mandatum. ¶¶No. tertio tertium pro suo interesse comparentem appellationem pendente a principali, interposita posse impetrare executionem sententiae, si doceat de suo interesse. ¶¶No. quarto practicam admittendi comparentem pro suo interesse: quia ante omnia est disceptandum, an sua interest: unde oportet, quod incontinenti doceat de suo interesse, quando se opponit executioni sententiae: & summatum examinari debet interesse. Quo autem ad modum procedendi oportet, quod probet, aut per testes, aut per instrumenta: & debet iudex interloqui, sua interesse, & se opponere posse. ¶¶No. quinto, quod plena probatio in summario iudicio non probest in plenario. ¶Butr. l. ab hostibus. §. sed quod simileiter. ff. ex quib. cau. ma. ¶¶No. 6. quod publicatio attestationum

in summario iudicio non nocet quin testes possint p̄duci in plenario: & hoc, q̄a non obstat finis: non obstat ergo publicatione. ¶¶Not. 7. qd attestationes recepit in summario iudicio non prostant in plenario, nisi a partib. approbentur: & qd attestationes recepit in summario, nisi a partib. approbentur: & qd attestationes recepit in summario p̄nt in plenario iudicio, ut present, & noceant, approbari. ¶¶Not. 8. qd tertio p̄f suo interesse comparente, & executionem finē impedita app. pen. cū eo lis est contestanda: & dē fieri tam super electione, vel iure competenti, quam super finis. ¶¶Not. 9. qd publicatis attestationib. in iudicio summario, non p̄nt testes recipi in plenario, nisi a testationes a partib. approbentur. ¶¶No. 10. qd approbatis attestationib. in summario receptis, partes in personas, vel dicta opponere non p̄nt, nisi protestentur. ¶¶No. 11. tex. qui in repulsione probandi per testes p̄derat discere testificata: licet cōiter rectus p̄derent publicationem. ¶¶No. 12. ar. pro & qd, quod ueris attestationib. in summario iudicio receptis, illas approbare vñ in plenario, ex quo uitetur eis in plenario. ¶¶Not. 13. qd illa, quia in capitulo aguntur, cōiter ignota sint extrinsecus 6 capitulo, quia occulte aguntur. ¶¶No. 14. qd ad cautelam excōicati absoluendi sunt propter munus testificādi: & vñ, quod excōicatus repellitur ab officio testificandi. Quid de suspēsis, uide Host. j. de accu. olim. in prin. de exec. apostolicæ. & in Spe. co. titu. §. 1. uersi. quid si de suspēso. 9. col. legam expediendo. tex. & glo. per partes. Prinio circa petitionem archidiaconi: super hac prima parte doc. nihil scribunt, usque ad glo. ¶¶Venio ad secundam usque ad uer. cum autem. usq; ad uer. P. subdiaconus. ¶¶Opp. qd debuerat admitti procuratores: quia recte opponebant sententiam non mandari executioni, ut pote appellatione suspensam: quia ex hoc suspenditur executio. C. si ex fal. instr. l. l. So. Fatendum: sed fuerunt repulsi ex altero capite: quia non erant legitimè constituti: quia constituti ab excōicato: ut patet ex antiqua. Non placet hoc Inn. quia excōicatus potest esse in iudicio, appellando, & se defendendo. de exec. cum inter. §. de iud. intellectimus. Opponebat ergo, qd procuratores erant excōicati, vel illegitimè constituti. Vel fm Ho. non faciebant fidem de mandato, nec cauebant. Vel negabatur in s̄m procurationis manu publica cōfectum, ut patet ex integrā. fm qd dicit gl. ¶¶Venio ad oppositionē tertij, in uer. P. subdiaconus. vñq; ad uer. l. lite igitur. ¶¶Opp. quod non fuerit necessaria aliqua interlocutio, ex quo non negabatur sua int̄esse. So. Dic, ipso inno opponebatur: & hoc comprehendebatur sub dicta: quia opponebatur, qd sua non intererat: cum nō es fet clericus, nec canonicus, nec decanus electus, fm Abb. ¶¶An aūt exceptio, Tua non interest: possit opponi post litem contestatā de hoc per Inn. de ac. super his. & S. c. ex par. Ade. in 1. gl. 9. ¶¶Opp. qd non arctetur opposens se electioni probare sua interēs: quia quilibet de populo admittitur: ut de accusa, super his. Sol. Dicit Inn. si quis se opposit electioni, vel confirmationi, an arctetur ad probandum sua interesse. Opini. sunt, de quib. de electi. ut circa. lib. 6. & d. c. super his. de accusa. Et si teneatur opī. quod non sit necessē docere de suo interesse: tunc ad p̄nū respondē, qd hic non opposuit se electioni, sed sententia, contra quam quis non admittitur, nisi doceat de suo interesse. ¶¶Opp. qd non impedit cōparens pro suo interesse executionem sententiae: niti appetit: ut re iudi. cum super. So. Dicit Inn. quod hic non dī, qd impedit executionem sententiae, licet admittatur ad prosecutionem cause: sed dic, quod licet non dicatur exp̄sē, satis ramen hoc vñ dictum tacitē: ut ex quo constat, quod sua interest, non mandetur sententia executioni sed retardetur: quia per sententianū non debet fieri praeiudicium absentis, & ignorantib. ff. de mino. l. ctiam. §. fin. C. res inter alios ac. in rubro, & nigro. Ad dīa responder Inn. quod ibi lata fuit sententia p̄nt tertio, & sciente: ideo nisi appetit, non impedit executionem: quia sententia ei praeiudicat, siue lata fuit etiam ignoranter. Sed certē ibi nec sententia praejudicabat quo ad proprietatem, ut litera dicit: quia non habuit potestatem subiectus rem deducendi in iudicio ad praeiudicium domini. Ideo si dicunt hoc speciale in beneficijs, ut se opposens impedit: quia in eorum electione est opponere se ad il lam impediendam. ff. de re iud. a dīo. Pio. §. super reb. & §. rerum. fm Inno. Host. remittit de in integr. restit. suscitata, & per Ioan. An. de re iud. c. fī. Tu dic, cum Innoc. aliquo addito, quādo tertius comparens pro suo interesse appellat a sententia, quod potest, & propter solum praeiudicium executionis, ut im pediat executionem: ut d. ca. cum super, & qd tunc prosequatur appellationem, habebitur in d. ca. cum super. Qñq; tertius comparens prosequitur appellationem per principalem interpositam: & adhuc impedit executionem, ut hic: hic. n. prosequatur appellationem, quod patet: quia hic fuit facta litis contestatio super ipsa sententia, & pronuntiatū super principali, & incidenti, s. sententia. Modus aūt procedendi dat tunc per hanc dec. qd habet summarie docere de suo interesse, ut legitimet personā tā ad impediēdū executionē, quā ad prosequē-

Anto.de Butrio super ij. par. ij. Decretal.

dum iudicii: & si quidem intenderet solū impedimentū executionis sñia, sufficeret q̄ p̄baret de iure suo summarie, quo ad cōmodū probandi: sed quo ad probōnes oportet, qd̄ sint plenē: sed si vltra hoc intendit, ut prouuntiēt super iure suo, & qd̄ pronuntiēt super sñia, vel nullitate, oportet qd̄ cū eo super utraq; lis contestet. Sit ergo cautus sñi pronuntiationi, qd̄ hic petat, & lite contestetur. Qñq; tertius cōparens pro suo interesse non suspendit sñiam, nec suā pēsa profequit nullitatē, nec quo ad se, nec quo ad illū, qd̄ quā est lata, vt quia dicit, cōstat illā latā qd̄ eū, qui habuit p̄tē rem deducendi in iudiciū ad sui p̄iudiciū eo sciente, ut in casib, l. s̄pe ff. de re iud. & in c. pe. de re iud. & tunc cōparens non pro suo interesse non impedit executionem sñia, f. n. doct. hic. Qñq; cōparens qd̄ sñiam pro suo interesse non contendit illā suspendam, non suspendit illam, nec illā contendit nullā ex persona eius, qd̄ quā est lata, cū dicit sñiam sibi non p̄iudicare, vt quia lata qd̄ alii eo ignorantē, uel eo sciente, qd̄ non est talis persona, que possit rē deducere in iudiciū ad p̄iudiciū suū, ut li mihi subditus, vel colonus, & agitur de te mea: de re iud. cū super. & C. si per uim, uel alio mō. l. f. tunc recurrendū est ad uerba Inno. de quibus facit festum Bar. in L. diuino Pio: & tunc si petitur executio in alio, qd̄ super quo est pronuntiatū, ut quia lata sñia super quantitate in solutū capitū res, quā aliis pratendit ad se suspectare: & cōparens impedit executionē: quia oportet, qd̄ tūc fiat sup hoc summaria cognitione: ut L. diuino Pio. S. f. ff. de re iud. Pōt ergo pars docēre de iure suo: & executionē impedit. Si autē petitur executio super re, super qua est pronuntiatū, & res est uacans, quia adhuc terius cōparens impedit executionē: quia sua interest, qd̄ res remaneat uacans, ut ante erat: nec grauetur onere probandi: & quia non est, cui caueat de rē restituenda euincēti. Si res est ab illo possessa, qd̄ quem agitur: & tunc aduertendū ad modū cōparendū: si cōpareat, ut principalis agens, & petens ab illo, qui possedit, non impedit executio: quia hoc nō intendit: sed fit executio pro primo obtinente, & ille cautionē p̄stat possidenti de re restituenda scđo cōparēti in casum uictoriae: & hic est casus. in L. si is, a quo ff. de re iud. uen. Si cōpareat p̄ uia exceptio- nis, qd̄ sñiam admittitur: & adhuc non impedit executionē, & cā suo iure discutitur: sed p̄stabilitur cautio, per petentem execu- tionē de re restituenda in casum finalis victoriae: ut d. si is, a quo. Rō, quia ex quo res est possessa, sua magis non interest, qd̄ possideat primus, uel qd̄ possideat secundus. Si res nō est pos- sessa ab illo, qd̄ quem obtenta est sñia, sed ab illo, qui cōpareat p̄ suo intereste: tunc fiat executio ad p̄iudiciū tm eius, qd̄ quem agitur, & exceptū censemur p̄iudiciū tertij, de re iud. cū super. & no. Inn. ur. līte non conte. qm. S. quod si super. ad qd̄ j. de re iud. cū super. siue p̄iudiciū, nisi appellet quis: & tunc impedi- tur ēt, quo ad subiectū, ut in c. cum super. ¶† Quārō ad decla- rationē, quia exigitur, cōparentem pro suo interesse fundare intentū summarie: qualis erit hēc summaria probatio: Dic, qd̄ erit, hoc in arbitrio iudicantis. Inn. dicit, quod ut admittat ad disciriendum ius, debet summaria probare, sic qd̄ interest ei: hoc discutere: nec queritur, quo ad hoc, ut admittatur, qd̄ probet se canonice electū, sed electū tñ: ut no. de re iudi. c. 2. in gl. qd̄ licet, petens confirmationē habeat probare se canonice electū, de el. cū in cunctis, quo ad tps autem erit summaria. Et dicit Inn. qd̄ hoc erit arbitrarium, ut usq; ad octo dies, vel plu- tes, nec expectare, qd̄ requirat testes ultramont. de rest. sp. l. f. s. ad fi. Dicit Bar. qd̄ summaria est, qd̄ non exiget plus de tpe, quā exigeret executio: si plus, non dī summaria. ff. ut in pos. leg. si is, a quo. ibi Bar. & in L. diuino Pio. ff. de re iud. l. 3. S. si super re- bus. Debet tñ, quo ad probationis speciem esse plena, quia nō sufficit iurū: licet quo ad probandi modū sit summaria. Patet hoc, quia probat per testes, uel in stra. Gl. huius partis sunt like- rales, excepta gl. in uerbo, admittere. ¶† Opp. qd̄ profunt testes recepti, ex quo inter easdem personas sunt recepti. S. cod. cām. Sol. Non profunt: quia ob aliud probandū fuerunt recepti, & ad aliud modo agit: quia primo ad legitimandā personā, nūc ad finem obtinendi sñiam super iure, & interesse. Dicit tamē gl. quod licet ad aliud suffientē recepti, partes p̄nt illos appro- bare. all. gl. l. f. C. c. Idē Host. fñm quem patet, qd̄ partes minus sufficientibus probationibus se submittere possint. de quo. j. c. proximo. ¶† Venio ad uer. litera ēgitur. opp. qd̄ detur optio il- li, qd̄ quem testes producuntur, an illos uelit approbare, & non producenti. j. de testi. p̄sēntata. & S. c. proximo. Sol. Cōtrariū procedit, qd̄ sunt testes recepti super principali, & lite conte- stata, hic non super principali, sed summario: quia primo casu tenet mero iure receptio, quo ad sñiam ferendam diffinitiū, secundo non: nam hic inquirebatur in primo summarie: quia casu leuior exigitur probatio, quam in secundo. Per quā dicebat hic Pet. & Abb. qd̄ si tunc uoluisset reprobare testes, non potuisset, quo ad personas, vel dicta. C. de edi. diui. Adria. tollen. l. f. de re iud. cum Bertoldus. Nota. bene. & hoc ēt probat tex.

hic, quod in summario iudicio ad legitimandam personam non admittitur recep̄tio testium reprobatoria. qd̄ bñ no. ¶† Op. qd̄ bona suit allegatio, qd̄ hic usus sit, ut eos vere possit repelle. 4. q. 3. si quis testibus. 19. di. si Romanorū. Sol. Ad ualiditatē attestatiōnū non sufficit consensus unius: quia est necesse tūc venire consensum ambarū partium: uel scđo usus est non ad plenā, sed ad semiplenā probationem: & talis usus nō sufficit, ut videantur approbare in pleno iudicio, ut sic postea non li- ceat producere testes. Vel forte dicebat falsum: quia P. subdia- conus in principali de illis attestatiōnibus, nihil allegat. ¶Ve- nio ad uer. nos ēgitur, per hanc literā patet, qd̄ in emergenti est pronuntiandū, de quo. de or. cog. c. i. De tertio autē comparen- te pro suo intereste, an possit producere testes sup articulis pu- blicatis, qd̄ notat hic Vin. dicit lo. An. qd̄ ponit Spe. in t. de te- ste. S. satis utiliter. uersi. quid si asina. hoc satis puto expeditum 14 per no. j. de re iud. cum sup. ¶† Ad gl. opp. qd̄ non sit necesse, qd̄ P. producat qd̄ sñiam testes: quia sñia non extendit p̄iudiciū ad eū: quia res inter alios, &c. de fid. instr. inter dilectos. Dicit glo. qd̄ ino disputabatur hic, an sñia ei p̄aiudicauerit: quia si pri- mo ius agendi libi cōpetat, & permisit sequentem agere, sibi p̄aiudiciū fecit: & quia tacitē v̄ suo iuri renuntiare, de re iu- quamvis, & de his, quae sunt a maio. parte capit. ex ore. Si ergo non dīxit, cum sc̄iuit, sñia sibi p̄iudicat: secus si nō sciuistet. Gl. allegat iura: nam uī, qd̄ ina lata pro iure archidiaconi, cū non sit separata in a iure ipsius, quod aliquid p̄aiudicet: iō cum venerit ab alio habeat cām: nūl̄ dicatur, quod sñia sunt lata: cū diligentibus, quae p̄aiudicat electo: quia ex quo pronuntiatur alius canonice electū, hic excluditur: cum duo in solidū. &c. de p̄ab. dilecto. & c. i. u. Poteſt ēt dici: quod hic testes admit- tūr: quia hic nolebat, quod ius suum discuteretur. Igit̄ oportet, qd̄ illud probet: quia qd̄ idem, uel alii testes non sunt admit- tēti ad testificandū publicatis attestatiōnibus: arg. S. c. frater- nitatis. Dicit gl. quare hoc fit. ad hoc. l. f. C. c. supra. e. causam. Item uel hi testes repetentur, ut dicāt illud idem, quod primo dixerunt: & superuacuē inducuntur. de electio. in Genesi. Si ut dicant qd̄ rūm: & ex hoc puniendi sunt, tāquam periuri: nec eis debet credi. S. eo. sicut. C. de no. num. pec. l. gñaliter. Dic, si iudicium primo agitatū, in quo examinati sunt testes, sic se hēt cum secundo, qd̄ ex sñia lata in primo obstat exceptio rei iudi- cate in secundo, tunc obstat publicatio, nec testes repetent: si sic se habent, quod non obstat publicatio, nihil obstat, si uariantur personæ, sicut est cum unus coh̄eres pro parte sui de- biti egit, vel qd̄ eum alcum est, nihilo minus ali⁹ coh̄eres aget & contra eum ageret. ff. de appell. a sñia. S. ab executeore, ut qd̄ in primo egit archidiaconus de parte hāreditatis, non obsta- bit publicatio. Idem si uariantur finis agēdi, ut quia primo age- batur ad repellendū aliquem ab agendo, uel ad probandum agentis interest. Secundo adducitur in principali, ut agenti res petite adiudicentur: quia tunc non obstat sñia, ex quo ad aliud agitur. C. ad legem Iul. de iu. publ. l. si quis a se fundū. de electio. cum dilectus. de purga. cum dilectus. Si. non obstat sñia, non obstat & publicatio fñm Hostien. quia ubi non obstat sententia, non obstat publicatio. S. eo. series. ad hoc, quod no. de probatio. li- cēt. Non obstat, quod si repetuntur, aut ut idem dicant, aut ut oppositum: dicit Inn. quod non inducuntur, ut idem, uel qd̄ rūm. dicant, sed ut simp̄r ueritatem dicant pro utraq; parte: & utraque pars producat capitula, super qbus vult eos interrogari: & testes dicant suū testimoniuū super illa: & ab utraq; parte po- terit dictū redargui, & persona. Dicit tamen glo. hic, & Inno. quod si qd̄ dicant non obstante diuerso modo agendi, quod p̄iudicabit sibi, quod dictū inficiatur, ubi qd̄ rīetatem excusat: puta, quia alter in primo, alter in secundo, & in sensu alio in- tellexit. C. de non numerata pecunia. l. gñaliter. Non obstat si dicatur, sicut valent primæ attestatiōnes ad reprobandas se- cundas, ita debent valere ad probandum in secundo iudicio. Dic, quod non probant in secundo: quia adhuc non fuerunt inducēti in primo: quia tunc non ad hoc, sed ad aliud agebant: & necesse est, qd̄ incipiat eam antequam instruatur. Ad repro- bationem autē corū testiū sufficiētes sunt: quia per eas notoriū iuriis est, testes fore periuros, & falsos, iō a testimonio repel- luntur, ut S. cod. sed tunc ultra probatio in summario non est notoria. Dic ergo saluando Inn. quod dictū testis, quo ad se sumit̄ pro confessione: ideo contra se notoriū inducitur, ēt in summario: quia confessio non lēditur ex summarietate iu- dicis. vt no. in capitulo cum dilectus. de ordi. cogni. fñm Inno. alii testificantur. de offic. ordin. c. ¶† Venio ad uerūculum, quia vero. opp. quod gesta in capitulo possunt ab aliis probari. de offi. ordin. ut iusta. Sol. Dic, quod hic dicit, quod raro inter- sunt alii, quam canonici: si tamen interessent, idem esset. S. de offi. ord. ut iusta. Idem de aliis non canoniciis habentibus no- cem in electione. de electio. scriptum. & capitul. constitutus. 15 ¶† Oppono, quod non debeant absolui, sed sufficit rela- xare, vel

De testibus, & attestationibus.

45

xare, uel suspendere de app. dilectus de senten. excom. sacro. de accu. cum olim. So. dicit lo. An. quod excōicatio, ex quo li- gat, exigit absolucionem: nec sufficit relaxatio, uel reuocatio, q̄ illos, qui de facto illas relaxant, uel reuocant: sed fit absolu- tio ad tempus. Ad hoc appel. ad hēc qm̄. & quod no. co. tit. di- lectis. & c. præterea. Ad q̄num respondeo, quod loquatur de s̄nia excommunicationis nulla uel iniusta: quo casu iudex co- gnoscens errorē pōt illam reuocare: hic q̄n citiusta. Non ob- c. olim. quia ibi de relaxations dicit, & recipit sirias suspensiō- num, fīm Host. ad hoc, quod no. de his, quā u. me, ue causa fi.

16 c. 1. lib. 6. ¶ Gl. ult. in prin. literalis est, colligit causam quare compellantur illi de capitulo testificari q̄ eccliam: quia que in capitulo sunt, de facili per alios nesciuntur: secūs in adiu- catione, & procurōne. de poitu. c. fi. & hoc ideo, q̄ a officiū illo- rum est uoluntarium, nisi ex causa cogentetur: de qua in Sum- ma, de poitu. fīm Host. ¶ Opp. q̄ hēc absolutio non debeat da- ri: quia non debet quis absolui nisi poenitent. de eo, qui di. in ma. significati. So. Dicit gl. q̄ si non cōtentitur nullitas excōicatio, non absoluatur. Si contenditur nullitas absoluatur: hic nullitas contendebatur, quia dicebant se post appellatio- nem excōicatos: alias fuisse remittenda absolutio ad excōica- torem, de off. ord. ad reprimendam. Vel secūdū absolutio ad cautelam testis in subdīum, q̄n aliter testificari non pōt, nec aliter pōt probari: alias nō ab soluitur. Dicunt nō doc. quod ab soluitur ab inferiore, nisi sit talis excōicatio, qua suo superio- ri sit reseruata, ut Papæ: quia tunc ad cautelam non absoluīt, sed is, cui est reseruata, uel fuit gratiosa prouisio, fīm Inn. Hof. dicit, qd̄ q̄qd̄ dicat gl. consuetudo est ecclias tales indifferen- ter absoluere p̄ munere testificandi, ita, quod prolatō testimo- nio statim reincidant in excōicationem. Et ita facit ēt de am- bassadoribus, qui quam cito de curia exēunt, reincidunt. Et di- cit tales absolutiones potius iterabiles, & quo ad hominē, & quo ad Deū, cū nec illi penitent, nec ex eo ueniam perant, nec conterātur: quare dicit de rigore iuris tales absolutions nō faciendas. 11. q. 3. cum aliqui. qd̄ ēt repetit. j. d. except. ad apo- stolicę. Puto, quod sicut excōicatio pōt ferri ad tempus, ita & pōt absolutio, & quod de iure tollatur uinculum excōuni- cationis, licet non uinculum peccati. ex quo non datur peni- tentia. Nec obſt. qd̄ non poenitens nō ab soluitur: nam illud ve- rum à uinculo peccati: à vinculo excōicationis absoluī potest non poenitens: quia in iustis aliquā absoluīt: ut no. de senten. excom. c. 1. lib. 6. quod ēt sentit Calde. de rescrip. ab excommu- nicato, absoluī tamen non debet, nisi in causa subest, propter munus testificandi. Ant. de But.

S V M M A R I V M .

- 1 Testis religiosus non admittitur absq; iuramento.
- 2 Affertio non plenē probat absq; iuramento.
- 3 Paſto si concludatur, quod stetit dicto alicuius, an requiratur tale dictū esse iuratum.
- 4 Iuramentum sola oblatio an habeatur pro iuramento.
- 5 Testis si appareat depositisse, an iuratus presumatur.
- 6 Testis an possit aliter adstringi ut dicat veritatem, quam per iuramen- tum.
- 7 Testis quare possit quandoq; sive iuramento testificari.
- 8 Iuramentum necessarium in aliquo actu, ubi partibus remittitur, an ui- deatur remissum iudicis autoritate.
- 9 Iuramentum in causa matrimoniali non potest a partibus remitti.
- 10 Iuramentum caluniae an possit remitti, uel omitti.

C A P. X X X I X .

Vis quæſtionibus. ¶ Religiosus ad testificandū non admittitur absq; iurō, nisi a partibus remitta- tur. h. d. Ponit dictum, à quo casum excipit, ibi: ni- si. ¶ No. 1. q̄ monachi, & conuersi in causis ecclie- siae admittuntur ad testificandum. ¶ No. 2. quod repellunt abs- que iurō. ¶ No. 3. quod iurē de testificanda veritate nō est de solemnitate subscripti testimonij: quod patet, quia pōta parte remitti. ¶ Opp. quod non præstent monachi iurē testifican- do: ut. s. de iureiuran. c. 1. Solu. Hēc erat causa dubitandi, quia videbatur, quod non deberent iurare: q̄a non debent præstare iuramenta. Itē quia eis debetur reuocentia: & sic vñ, quod non arctentur ad præstandū iuramentū. fī de iureiurando. l. iu- surandum. & l. ad personas. fīm Vin. rō decidendi, ne ueritas occultetur, & pp̄ præjudicium partis: quia non tenetur erede- re, nisi uel i. Nunquid autē arctentur ad iurandum coram secu- lari ad testificandum, dixi. s. eo. cum nuntiis. & aliud. in c. si q̄ testium. eo. tit. ¶ Opp. quod simplici assertioni credatur. s. de dolo. cum olim. de electio. cum inter R. no. gl. de priuileg. cū olim. Solu. Quo ad præsumptionem aliquā creditur assertioni sine iurō: sed quo ad plenam probationem non, ut hic. ¶ An autē si testator, uel ḥentes de aliquo reliquo mandant, uel uo- lunt stari dicto alicuius, debeat esse iuratus: uide per Bart. in 1. Theopompus. de dote præle. & uide, qd̄ scripti. s. eo. ueniens.

- 4 & de dolo finem. ¶ Quid si testis offert iurē, & non defertur, an sola oblatio habeatur pro iuramento, quo ad finem vt ua- leat testimonium. But. & Bar. quod nō, in l. uideamus. s. defer- re. fī de in item iuram. Item tale iuramentum non pōt defer- re notarius, nisi defera p̄tē iudice: ut l. si procurator p̄tē. fī de uerb. oblig. fīm Bar. in d. l. uideamus. s. defere. ¶ Qua- ro, quid si appetet testē depositisse, nec appetet att. iurauerit, an præsumatur iuratus. Spe. in ti. de teste. s. sequitur. uer. quid si in actis ponit. & lo. And. ibi concludunt, quod si appetet in actis, Talis es testis iuratus depositus: quod præsumitur iuratus, si hoc est factum p̄tē parte, & iudice: & hoc operatur p̄tē par- tis, & iudicis, & notarij. Itē quia solennitas enuntiata p̄tē par- te p̄sumitur: ut l. optimam. de ḥen. & comm. sti. Item quia ta- lis est solennitas, quā pōtē intercedere fīm tempus depositio- nis patet. in l. 2. C. de fide instr. & iure hasq; fisca. li. 10. & hoc tenet Bar. in l. Theopompus. fī de do. prel. Secūs si iuramentū non appetet in actis tm̄, quia illa assertio est de p̄terito, & quia non appetet p̄tē iudicis, uel parris. Idem Bar. quia etiam da- to, q̄ præsumetur iuratus, non præsumetur p̄tē iurā partis, nisi aliud intercederet, secundum eum. Nunquid autem si di- catur, quod p̄tē parte, & iudice iurauit, an præsumatur iu- rasse ut debet, scilicet tractus, & non offerens iuramentum. Di- cit ibi Spec. quod sic, quia omnia p̄sumuntur solenniter acta, & fīm communem cursum. s. de renūtia. in p̄tē iurā. de elec- bona. fī de pac. iuris gentium. s. quod ferrē. C. ne uxor pro ma- ri. l. 2. Si autē appetet testem depositisse, & non appetet de iu- mento: tunc secūs est, quia iuratus non præsumitur, ex quo so- lennitas non enuntiatur: quia hēc est extrinſeca, non intrinſe- ca forma: ut no. fī de uerb. ob. l. sciendū. fī de publica. l. q̄cung; cū si. ¶ Quārto an aliter possit adstringi testis ut dicat ueritatem, quam per iuramentum. Dic. quod sic, ut per baptismū, per fidē Christi, per Christi iudicium, per ueram obedientiam te adiu- ro, ut dicas ueritatem. 35. q. 6. si duo sint. Si adiuretur, tu dices ueritatem de eo, quod sapis, sicut te Deus adiueuit: & quod il- lud sit, & in illo. Sic te Deus adiueuit, & illę sanctorū reliquię ea. q. episcopus in synodo. Idē si afferset hic fide sua assertione: ut quia dicit. In fide mea sic est. s. quod metus causa. ad aures. Archid. 22. q. 1. in summa. Ad hoc de iureiurando. & si Chri- stus. de arbit. cum tempore. Idem si dicat, in periculo animæ suę de frigi. fraternitatis. no. j. de iureiur. & si Christus. & not. Arch. 22. q. 5. iuramenti. ubi tenebat an periuersus, qui uenit cō- tra talia iuramenta, sit priuandus, sicut si violaret iuramentū formale. Ad hoc, quod no. Archidiac. de sepultu. c. 1. lib. 6. Ad hoc quod no. Spec. in Specu. de iureiurā. s. 1. ueris. in summa. Vnde dicit Specu. quod sic est periuersus violans fidem simili- cem, sicut iuramentum de fideiustō. c. 2. & d. c. ad aures. in Spe, de Arbi. s. fi. uer. sed ponit, q̄ compromissum. 15. colū. Idem in arbitratore, ut dicat ueritatem per Patrem & Filium & Spiritum sanctū. j. de appel. constitutis. ut no. ibi Ioan. And. & Archi. 7. 2. q. 5. si quis præbyter. glo. 1. colligit notabilia. ¶ Quārēt glo. de ratione quare sine iuramento potest testificari testis cū con- sensu partium. Glof. dicit, quia etiam potest totum relinque- re verbo partis. C. de fideiustō. l. fi. Dic de hoc ut dixi de dolo. fi- nem. & no. de do. præleg. l. Theopompus. & l. fina. fī de preto. 8 stip. ¶ Oppo. quia remitti non possit a partibus: quia concer- nit fauorem iudicis ut publicum. ut ueritas eruatur. Glo. dicit quod remittitur iudicis autoritate per partes: quia principi- liter in fauorem partis præstatur. ¶ Quārēt glo. an tale iu- mentum de conſensu partium possit remitti, ut in causa matri- moniali. Glof. arguit, quod non: quia nō statut eorum confes- sioni de eo, qui cogno. confangui. uxoris. super eo. Hēc uera, quando agitur de contractu: secūs si de contrahendo: quia in contrahendo possunt sibi remittere. de clan. desponsa. c. secun- do. Hōc tenet Tan. & Vinc. ad qd̄ de desp. impu. attestatio- nes. & de fideiustō. constitutis. & de spon. sicut. ¶ Gl. subsequē- ter mouet dubium, an iuramentum caluniae possit remitti, uel omitti. recitat opinione. Prima op̄i. uideatur approbare ho- die eodem tit. c. 1. lib. 6. & in no. glo. quā vult, quod illud non potest fieri per consuetudinem, nec per pactum. Ad hoc de consue. c. 2. lib. 6. & C. de dēcre. decurio. super rubrica. & in l. 2. C. quā sit long. consuetudo.

S V M M A R I V M .

- 1 Delegatus in testem necessarius remouetur à indicando. 7.
- 2 Iudicem potest pars petere ab officio indicandi remoueri propter neceſſi- tem officiū testificandi. 8.
- 3 Appellandi causa ubi exprimitur alternatiū, etiam in parte iniusta va- lot appellatio propter partem iustam.
- 4 Conferendi ius ad beneficia potest femina habere.
- 5 Pr̄bend. & qualiter possint esse sacerdotales.
- 6 Indicem petens remoueri, & alterum subrogari, an indistincte sit audien- dū.
- 9 Index ubi potest remoueri ab officio indicandi, eo quia necessarius est par- ti in testem, as procedat in causa criminali.

Index

Anto. de Butrio super ij. par.ij. Decretal.

- 10 Index debet remoneri à iudicando, ubi est parti in testem necessarius.
 11 Delegatis pluriib[us] simul in una causa cum clausula, quod si non o[ste]s, &c. potest r[ati]o sine alio procedere.
 12 Falsum dicens index maior coram iudice inferiore an possit per inferiorē puniri.
 13 Index à parte impetratus in fraudem, quem uolebam mihi aduocatum.
 14 an possit reuocari.
 15 Index aduocatus, cui secreta mea cause reuelauit, impetratus à parte non possum petere, quod reuocetur.
 16 Testem iudicem remotum officium propter testificandi, per me tamen impetratum an possim reiungere.
 17 Index subrogatus quantum tempus habeat ad cognoscendum de causa.
 18 Relaxo, uerbum ad quas sententias possit referri.

C A P. X L.

storialis. & de lit. contest. c. i. li. 6. quod no. Nunquid ait potuerit hic recusari. Dicit Boatinus, qd si assumpit partes iudicis, potest recusari: alias non, de quo plenè dixi de appell. nouit. Inn. ponit hic vnam gl. quam summauit lo. And. in cle. i. de offic. delega. & ibi magis confusè, quam hic. De hac mā ponit etiā in c. postulatis. de concess. præb. 3. de postu. præla. inter. de priuilegiis. olim. Compost. ponit. c. post gl. ponendo omnia, quæ potuit de hac materia reperire, hic reduco ad aliquos articulos. Primus erit an executor datus ad prouidendum, uel aliquid expedientum in beneficib. cumi aliquib. clausulis, uel sine illis, super his, super quib. hēt se informare ad purificandā gratiam, possit per tres indices assumere. Secundo, an sit necesse qd partes citet, vel exceptiōes admittat. Tertio, dato, qd assūmptū partēs iudicis, qualis ordo, & processus per eum sit seruādus, imo purificandi gratia. Quarto, an sit aliqua differentia circa processum assūmptū partib. iudicis, & qn non assūmptū. Quinto, an assūmptū partib. iudicis si requirata aliter non purificata non repertantur, uera, teneat factū executoris, uel sit retractandum, & qua uia. ¶ Ad primum, an possit partes iudicis assūmere. dicit Inn. qd siue hēt c. a. sonantes in pdōnem, siue in monitionem. de quib. dicam. j. potest partes iudicis assūmere, ut inquirat, is, pro quo scribitur, si idoneus: uel an sit de viro, alias vico tali oriundus, vel an sit doctor, fm; quod conditionata est gratia, dumniō ille p̄tatem habeat, a quo ipse causat potestatem conferendi, & iurisdictionem: quia comīsia prouisione vñr omnia commissa, sine quib. &c. ff. de iuri. om. iud. l. 2. de offi. deleg. præterea. cūm concor. & quia ipse delegans p̄t conferendo allūmēre partes iudicis, poterit & ipse delegatus: ar. 93. dist. c. fi. de resc. super literis. Plus dicit, qd si nulla opponitur conditio, nec sonans in monitionem, nec in pdōnem, sed mādatur simpliciter vt prouideat, poterit partes iudicis assūmēre. Et hoc rōnē p̄dicta: & quia cui cōmittitur principale, & accessoriū, de offi. deleg. prouidētām. §. fi. fm. Inn. & quia hēc c. a. & quālibet alia, que per ius scriptum con firmari p̄t, sub intelligitū: ēt si non opponatur: ut no. de rescri. cūm adeo. & c. cām. qua: de confi. cum. M. Secus si ministeriū tñ effet ei commissum, ut executio mera ut patet ex no. de of. ordin. pastoralis. §. quia uero. & ca. qm̄ apostolica sedes. & hēc sufficiant de primo. ¶ Venio ad fm, an sit necesse, qd partes iudicis assūmat. Hic Inno. vacillat. Primo dicit, qd siue c. a. sonnet in monitione, siue in conditione, est in potestate executoris an partes iudicis assūmat, & potest, si non uult assūmēre partes iudicis, & de vacante prouidere. Allegat, quia actus conferendi sui natura est extra iudicialis, & extra iudicialiter potest delegans conferre, & prouidere: ita & poterit ipse executor: quia qd p̄t delegans, p̄t & delegatus. de rescript. super literis. cum si. Ad hoc, qd no. de elec. cum inter. R. & qd no. de ap. constitutis. Per qua ēt dicit, qd siue partes iudicis assūmat, siue non, poterit procedere ēt, parte nō citata: quia tanq̄ bonus vir extra iudicialiter se informat. Per hoc ergo, p̄t cīte partē, nō vñr partes iudicis assūmēre. Et hoc ponit Inn. hic in uer. super huius tñ mandatis. vbi ponit primum & fm articulū. Secundam op̄i. ponit Inn. in ver. alijs distinguit, an sonent in monitionem, ut si est idoneus: an in pdōnem, ur̄si est doctor in theologia, vel de tali viro, alias vico oriundus. Primo casu nō arctatur assūmēre cognitionem, uel exceptiōes admittere, vel citare: & idē dicit de transla. præla. c. fi. in fi. Scđo casu idē, si alteri non inferit p̄iudiciū: sed si alteri inferit p̄iudicium, putat, qd ad ep̄m, vel capl̄m pertinebat prouisio, nō valebit prouisio ab hīo executorē facta, nisi vocatis partib. & assūmpta cognitione, & admissis exceptionib. 25. q. 2. & si non cognitio. de rescr. cūm dilecta. Idem vñb̄i aliquis mandat aliquēm citari ad exordiariū iudicē, uel ultra duas dietas: quia corām ordinario iudice timet litigare pp potentiam aduersarij. Idem in simili bus. Nisi forte effet notoria conditio: quia tūc non effet seruādus ordo: sed hoc exprimere debet vel in relationē, uel in iheritor locutoria, vt si est uerū, non sit ei facultas contradicendi, nisi appellat. 2. q. 6. biduum. Si non tollitur ius alterius, nēc sit alteri p̄iudicium: vt si ille, ad quē pertinet prouisio, mandet alij, Prouideas tali, si de tali loco est oriundus: tenet prouisio, & si nulla p̄iudicij inquisitio. 1. ex hoc, quia non cōgnōuerit, non poterit annullari: & ēt si partes non uocentur: quia nullæ partes eff. p̄t, ex quo nulli p̄iudicatur in prouisione. Et si dicas, p̄iudicatur saltēm ecclesiaz; cui magis expediebat hēre ortum de loco, qd aliunde: r̄ndet, qd hoc dicere non pertinet aduersarij se opponentib. & prouisionem legati, sicut non licet eis opponere p̄iudicantem. Vel dic, qd non negat, quin ex defectu conditionis, si non est vera in prouisio, vitietur prouisio: sed non vitiatur ex hoc solo, qd si omisita cognitione, vel citatio partium, vel admissa exceptio. ¶ Terriam ponit op̄i. in versi. tu dic, qd siue uerba sonent, in qua videtur recedere a proxima, & concludere indistincte, qd siue sonent in cognitionē, siue in monitionē, siue tangant p̄iudiciū tertij, siue nō: sed hoc

non exprimit clare, qd non arctabitur assumere partēs iudicis, sed uices executoris, uel prouisoris. Idem dicit in citatione, si mandat alij ut citet alij, si pp potentiam non p̄t coram ordinario iuficiū habere: quia singulū potius uice citantis, qd iudicis. Idē est in similib. iō nullū tenet ordinem iudicariū seruare. ¶ Quarto postea in uer. sinautē in līa, renerritur, & ponit tertia opin. an dicat in c. a. sonante in pdōnem, si de tali viro, &c. procedat prima op. ut non teneat partes iudicis assūmēre, p̄iudicetur, uel non alteri: an dicat, si tibi confiteris, qd de tali uiro, &c. & tunc procedit scđa op̄i. an alteri p̄iudicetur: & dēt assūmēre cognitionē an non p̄iudicet, & non arctet: qd non tanq̄ iudici, sed tanq̄ bono uiro vñr commissum. Et in hac residet gl. in d. cle. & Inn. hic, & lo. A. tangunt in c. postulatis, de concess. præb. & ibi ēt simp̄r. dato concludere vñr, qd nulla est apposita c. a. qd si cōpareat alius, qui uelit aliquid dicere in persona eius, non necessitat ad audiendū, cum sit minister, & merus executor. de re iud. de cetero. ubi de hoc, & de offi. delc. pastoralis. Dicit tñ, qd si in uim surreptionis opponatur p̄i rescriptū, dēt admitti exceptio: quia & si executus iuif. set mandatū, reuocaret, qd est factū, de re iud. cum olim. & non diceretur rescriptū surreptitū: quia peccatum suū tacuerit, quia illud es̄t opponere p̄ personam plusquā p̄i rescriptū. ¶ Recitat tertiam op̄i. qd licet non debeat, nec arctetur ad yō candū, debent exceptions cōpetentes admittere, si cōparat opponens. de accu. accedens. 26. q. 5. & si non cognitio. not. de cā pos. cū olim. Inn. dicit, qd primum dictum sustineri p̄t de iure stricto. Ho. tenet fm, cum talis executor sit in istus: quia in cīnilib. intelligitur c. a. si est idoneus: ut hic, qd exceptions legitime sunt admittende quantuncq; protense scribat. de offi. delc. ex parte. 2. & si residerit ibi Ho. Hēc uera in executore ad prouidendū. De executorē ad cōpellendum, dicit, qd dicā statim concludendo. Inn. de re iud. de cetero. dicit, qd in purificatione pdōnis, si uacat prabenda, in illa hēt executor sume re cognitionem: si p̄sto de uacatione, tunc remanet merus executor, & prouisor, & iō nō tenet admittere exceptions in personam executoris, vel ēt illius, cui est prouidendum, per no. de concess. præb. proposuit. ad hoc. 22. c. 5. & si nō cognitio. ibi. Ho. & de cā. & quali. accepimus. dicit exceptions admittendum, & p̄i rescriptū, & p̄i beneficiandum. de resc. ad aures. &c. cum adeo. & c. postulati. & c. si proponente. de offic. deleg. deleg. pastoralis. §. quia vero. Sed dicunt, qd dictum Inn. posset procedere, qd certo iudici, & pro certa persona, & de certa p̄benda Papa præcisē, & ex certa scientia scribit exprimens sufficienter in litera, & qd non uult p̄ hoc mandatum aliquā exceptionem admitti: & vix est, quod hoc Papa concedat: ut no. de offi. dele. ex parte. 2. ¶ Posset etiam procedere, qd Papa scriptū pro aliquo sibi noto, cui beneficium vacans iam concessit, & mandat in possessionem beneficij ponit: talis executor non hēt prima facie exemptionē admittere: ut no. de exc. cū eccl. affīcē. de cā pos. c. pen. & c. accedens. de accu. Inn. de ele. dudym. 2. & ponit lo. An. ibi, in verbo, contestatione, lit. vñl. velle executorē ad prouidendū dēre admittere exceptions legitimas. Allegat de rescr. cū adeo. & c. p̄stitutus. & c. capl̄m. Inn. de despō. impu. ad dissoluendū, dicit executorem ad prouidendū non dēre admittere exceptions: imo si vellet, posset opponere. Ad te non spectat exceptions admittere: nisi ex forma rescripti habeat cognitionē, vt si mandet, qd prouideat, si est idoneus, vel qd alias cōpellas: quia tūc admittere dēt exceptions: & si nō admittat, appellabit, & cassabit quicquid fecit post applicationem. Prudenter tñ facit quilibet executor, si exceptions audiat, & consulat superiorē, fm Inn. Qd nō arctetur ad admittendas exceptions, tenet Comp. de rescr. capl̄m. & ibi lo. An. post gloss. in uer. sed nunquid. recitat, & dicit, qd sic mandauit suo tpe in curia seruari Inno. Quod dicam in tanta varietate. Dic, si in literis sunt verba, quod maneat, uel citet, uel moneat, uel inducat illum, cui scribit: uel uocet: tunc debet citare, & partes iudicis assūmēre: ut dicit Innocen. de concess. præbend. proposuit. Idem si in litera sit, Vocatis vocandis: quo casu non possunt procedere extra locum, in quo sunt dati, cum sint executores, & iudices, per tex. de rescr. statutum. §. in nullo. Et hoc tenet dñi de Rota, sua conclusio. 3. 63. arg. 2. & tenet Gul. de Mon. laudu. in cle. i. de rescr. & dñi de Rota, sua conclusio. 3. 43. Si nulla c. a. est apposita in literis, per quam arctetur ad procedendum, ut iudex, tunc si est datus executor ad gratiam faciendam, ut quia purificari debeat aliquid quo ad alium antequam cōferat: vt si mandet executori, quod si talis teneat beneficium contra concilium, de multa. vel constitutionem, execrabilis. ipsum priuet, & si est ita, & conferat tali. Dicit lo. An. quod tunc arctatur assūmēre partes iudicis in purificatione, an tenet contra concilium, uel decret. execrabilis. & hoc tenet in Spec. de petitio. & possessio. §. fi. iersi. fi. secundum lo. And. ibi, quod no. Et si datus executor cum alijs clausulis, tñuc

fulis:tunc si sonant in monitione, nō arctatur assumere partes iudicis.Puto tñ, quod de iure licet teneat citare, tñ exceptio-nes legitimas tenetur admittere,saltē ut superiori referat.Sed practica hoc non admittit,ut dicit Cōpo.in d.c.capitulum.Si sonat in 2ditione, tunc si non tangitur præiudicium tertij, satis puto idem,qd proximo mēbro.Si tangunt præiudicium tertij, vo-candi sunt,& partes iudicis debet assumere de iure.Sic intelli-ge Inno.hic,& sic refidet gl.in d.clem. 1.Nec video differentiā an dicat, si collit vel si est de tali uico:quia hoc uñ referre ad sui cognitionē:licet apertius sit,qñ dicit, si tibi p̄titerit: & mul-to fortius debet exceptiones legitimas admittere circa puri-ficationē 2ditionis.Si est simpliciter datus sine clausulis, tunc credo, qd debet admittere exceptiones; in quibus arguitur de-fectus suæ potestatis, si opponantur qd potestatē.Ad hoc, qd no-hic Inno.in priu.glo.& glo.in d.cle.& qd ipse scribit in c.de ce-tero,& in c.proposuit, que verba recitauit. 3.Alias autem exceptio-nes de iure debet admittere: sed hoc non admittit stylus, ut di-cit Cōpo.in d.c.capitulum.Vocare autem non arctatur, nec assu-me re partes iudicis ex cle, antequam opponatur.Hæc in quantum est executor ad prouidendum.Si sit ad 2pellendum, tunc: nq̄ tu ue-lit 2pellere habentes potestatē conferendi,tunc ex quo præces-fit prouisio,nulla adiuitut exceptio, de appell. cōstitutus, de ac-cusa, accedens:& tunc quia est merus executor non arctat par-tes iudicis assumere, nec exceptiones admittere, licet possit, si velit, saltē ut superiori referat.Ad hoc no.de d.cpon. impube-ad dissoluendum.& hic Inno.de p̄ces.prab, postulatis,& sic potest intelligi Ho.de re iudi.de cætero, cuius dictū. 3.renuli.Si est da-tus ad 2pellendum respectu tertij possidentis bñficiū, tuc tene, qd opor-tet, qd partes iudicis assumat, & exceptiones legitimas ad-mittat, & citer partē: quia auferenda nō est possēt sine cogni-tione: de pb. licet. li. 6.Et si hoc in ordinario, ibi fortius in ex-e-cutore:& quia, ut dixi, p̄tis executoris mensura ē a p̄tate ordina-rii.Et hoc tenet Io.An.aperte in tit.de peti.& posl. 3. fi. in fin.& sentit Cōpost. de rescrip. capl. m. quod ponit Io.An.post glo.in ver.sed nunquid,in fi.& illud idem tener Spec.in tit.de acti.& peti. 3.super petitionibus.versi, sed quid si antequā, ubi dicit execu-torē ad 2pellendum sine causē cognitione per excōicationem, uel alias, non debere aliter aliquē 2pellere.Sic p̄t, & debet in-telligi dictū Inno.de despon. impube.ad dissoluendum, quod. 3.re-tuli.de priuili. olim.in verbo, portacium.Sic est p̄t intelligi In-no.de concess. prab, proposuit, quod ponit Io.An.in gl.mag.ad fi.ver.sed nunquid.Hæc procedunt quī executor datur pro iure ter-minato in literis, in quibus datur executor ad exequendū ius ante literas terminati: tunc dicit, qd est iudex, non execu-tor: ut qd datur in literis in formam, cum fini : & sic in literis iustitia: ut est rex, de cæta, & qua, accepimus. ubi dicit hoc Inno. Holt. & lo.An.Vnde oportet, qd tunc procedat ut iudex, & ex-ceptiones admittat.Contra tamen sentiunt domini de Rota, sua conclu. 292. & sic dicunt dixisse Pau.in cle.cum ei, que, de prab, ex quo iam illius præcesserit examinatio in ordinacione videtur datus executor, non ut iudex, sed ut executor, sed puri-ficationem gratia habet facere se informando ut bonus vir ex-trajudicialiter, etiam in absētia impetrantis: quia cum alias fuerit examinatus, non exigitur præsentialia: sed fieri extra iudicia-lis inquisitio de moribus, & vita in loco vbi contiuerat est, de electio, si postquam de presumptio, quoniam, per quā tenent domi-ni, quod ualeat purificatio facta instantē attinente beneficia-3.li.alleg.no.de prabē, accedens. & c. si tibi absenti. lib. 6. ¶¶ Ve-nio ad tertium, scilicet dato, qd iudex uel executor assumpsit partes iudicis, qualis debet esse processus.Dicit hic Inno. in ver-item dicimus, quod p̄cedet de plano, nec dabitur libellus, nec fieri litis contestatio, de spon. cum in tua, qd dicit Ioan. An.ho-die planum, ut in cle. dispensio sam. hoc dicit olim, quia pot-erat dubitari de quo disceptant, doct. de cæta, & qual. a multis. Nunquid autem ubi assumpsit partes iudicis, ut tenet hic in ver-& hanc inquisitionem. ubi autem assumpsit partes iudicis, ubi non tenebat, dicit Inno.hic in fin. gloss. uersi. itē uidetur. qd si iste, quem si assumpsit partes iudicis, quod si proposita sit ex-ceptione, quod conditio, uel monitio non est moria, & nou audi-tur, excepient poterit appellare ex ea causa: quia cum procedat ut iudex, non seruat ordinem, cum nō debeat seruare: quia tñ ad summam instrunctionem recepit: quia tātum summarie co-gnoscit. ff.de re iud. a diuo Pio. 3. si super rebus, & ideo non est ibi necessaria sententia: licet alias secus. ff. de iudi. l. de qua re. Scđm hoc ergo non debet pronuntiare. Prima op. plus mihi placet, quando assumpsit partes iudicis.Pau.tamen indistincte se-quitur secundam, quod non sit necessarium pronuntiare su-per conditionibus clausula, uel purificationibus earum: & suf-ficit, quod sequatur collatio, & constet eis de purificatione: qa-collatio est finis, & diffinitio probationis, sicut priuatio delicti probati, de rescrip. inter ceteras, & capit. olim de dolo. uerita-tis. Et sic non obstat, ff. de iud. de qua re, de causa poss. cum super-Vtile tñ est super hoc pronuntiare, ut postea negari non pos-

set, de elec. cum dilectus. 3. fi. quia collatio, & talis pronuntia-tio sunt diuersa, nec sū operant effectū, sed alterius: de reic. auditor. in cle. ff. Pau. in cle. cum ei, que, de p̄ces.prab. Dñi de Rota dicit, qd stylus hēt qd pronuntiet: & hoc tūtus, quia alias difficiliter posset probari purificatio, & hoc tenent sua conclu-sio. 292. Sed aduerte, qui sentiunt illud ibi, ēt, qd non atlū-sit parres iudicis: per quē vñ, qd licet pronuntiauerit, per hoc nō vñ partes iudicis atlūpissit: sicut dī de arbitratore, & arbitro, qui hēt stranq; p̄tatem, & aliquos posset actus facere ut arbi-trator, aliquos ut arbiter, ut no. Ho. de iure iura. Quintauallis. 9 ¶¶ Venio ad quartum, an sit aliqua dñia in procellū, ubi assu-misit partes iudicis a processu, qd non assumpit partē iudicis. Inn. hic in ver.item ipse, dicit, qd sic: quia, qd processu, nō assu-mpta iurisdōne, & cognitione, prouicio censebitur extra iudicia-lis, & poterit retractari, ubi non sit uerificata conditio, ēt post deceam dies, & ēt sine applicatio: quia non transit in rem iudi-catarum: ut no. j. de appell. cōstitutus. & no. de cā poss. cum olim. Posset ēt appellari intra tñs, & appellatio deuolueret, licet non suspederet: quia actus est extra iudiciale: ut patet ex not. in d. c. cōstitutus. Sed si procederet per uiam iurisdōnis inquirendo de dignitate, uel indignitate eius, uel de 2dōnib. in c. a. ap-politis, nūl appelletur a prouisione, sibi facit præiudicium ut super his, de quib. quæsumit est, ulterius procedere non possit. 3. de ele. cum dilectus. ut ibi no. ad hoc, qd not. de his, quæ si. a maio.par. cap. c. 1. Quod intellige, qd partes fuerint p̄tēs, uel ab-sentes, & non uocatē, ex quo cum primum sciuerunt factā prouisionem, non appellauerunt. Allegat. 3. ff. quæ sen. sine ap-pel. re. cīn. l. 1. 3. item cum ex eo. & si fuerunt vocati, & cōtuma-ces, non audientur appellando 2. q. 6. sunt quorū. 20. q. 3. de illicita. ff. Io. And. Hoc placet, excepto eo, qd dñt ualere pro-cellū, & preiudicare parte nō citata: quia ex quo ut iudices ex toto procedunt, non ualeat siua parte non citata. ff. de re iud. contumacia. Ex quo ergo deber ualere ut siua, ita, quod tran-seat in rem iudicatam oportet, qd habeat solemnitatem siua. Ad hoc, qd no. Spec. in tit. de actio. & petitio. 3. super est. ver. sed qualiter forma, circa princ. ¶¶ Puto tñ, qd siue procedat, ut ex-e-cutor, siue ut iudex, quod in quantum iniuste prouidet, nō pu-rificatis cīl's ex mente rescriptis, quod poterit appellari, & quod appellatio deuolueret ad superiorem, ut possit cognosce-re de iniustitia prouisionis: nam prouidendo non existentib. verificatis cīl's malē prouidet, de offi. deleg. super questionū. 3. 1. & quod no. de re iudi. quod ad consultationem. Cautēt er-go appellans, in quo prætentatur grauamen: quia si in hoc: quia non cognoscit de ueritate implemēti conditionum, appl'ō est illegitima. Si propter hoc: quia exequitur gratiam qd inten-tum committentis, cum ille non sit dignus: tunc appellatio erit legitima, si sic, est, quod sit indignus. Sed nō retracrabitur, quod actum est, nisi ostendatur, quod sit indignus, ut hic, & de-scriuti. c. 1. Est alia diuersitatē, quia si coram execute, ubi atlu-mit partes iudicis, offeratur parata probatio de indignitate, uel qd nō est de uico oriundus, appellatio iustificabit ex ob-latione probationis: ut 3. codē. interpolata, & quod ibi no. Sed si coram non assumente partes iudicis, tunc sola oblatione p-ovationis non iustificabit appellatio, sicut dicit Ioan. And. & Inn. de electio. cum inter canonicos. & dixi. 3. co. interpolata. & no. de his, quæ si. a maio.par. cap. c. 1. & no. Spec. in tit. de actio. & petitio. 3. super petitionib. uer. nunquam. & quod not. 3. eo. circa princ. uer. sed qualiter formabit, & no. in Spec. de appell. 3. nouissimē. alias nequissimē. uer. illud quoq;. ubi lo. And. te-ner, quod requiratur realis oblatio. ¶¶ Ultimo est uidendum, dato, quod executor non purificabit gratiam ad requisita in cīl's, si reperiatur, qd requisita non sint uera, an ualeat prouisio, uel retractetur, & qua uia. Inno. in princ. glo. distinguat in cōditio sonet in monitionem, ut quia exprimitur, quod inest de iure, ut quia mandatur prouideri tali, si est dignus: talis sonat in monitionem. ff. de testam. l. muto. 3. si sub conditione. ff. de uero. obli. l. si decem. de electio. significasti. ubi de hoc: & nō præstant nouam formam mandato, sed executeorem instruit, ut sciat quali persona sit prouidendum, de electio. ecclesia. 2. tunc ualebit prouisio, etiam si sit facta indigno: & valebit ex-cōciatio hac occasione lata, licet sit iniusta: quia executor, cui scribitur, bene hēt in his iurisdōnem. Hoc puto, nisi esset app-elatum ante excōicationem: quia tunc esset nulla de fētē, excom. per tuas. cum licet non teneatur assumere, si tamen p-uideat, prouisio est iniusta, si non est uera 2ditio, licet nō pos-set appellare, quia non assumpsit cognitionem: secus si talis es-set cīl's, quæ conditionem adiiceret: ut si dicat, Prouideas P. in tali ecclēsia, si de tali uico est oriundus. hoc casu bene est con-ditionalis clausula, & certain formam mandato adjicit: id eo si petens non est de illo uico, sed de alio est oriundus nō ualeat prouisio ei facta, nec tener excommunicatio hoc casu lata: quia forma rescripti limitata fuit, quam non licuit delegato excedere: ut patet ex no. de rescriptis. dilecta. 3. fina. Nec obstat si petat

Anto. de Butrio super iij. par.ij. Decretal.

Si petat, qđ ante omnia sua proutio sortiatur effectum: arg. de app. constitutus. 2. quia hic contendit nullitas prouisio ex defectu pratis. Vnde cum de fundamento pratis queratur, hic querendū antequam proutio hēat effectum, quia prouisio est accessoria ad fundamentum pratis. de off. del. cum in iure. de f. in iur. inter dilectos. §. cæterum. & §. fin. cum suis concord. Ita decretus constitutus non contendebatur de fundamento iuris dōnis, imo constabat, quod eps pratem confirmandi hēbat: sed dicebatur, qđ confirmatione erat iniusta: hæc autē iuris dōni collata sub p̄dōne, nulla est, nisi conditio extet. ff. de ver. signi. l. cedere diem. & sic conitat, prouisionē fore nullam factam a tali executor. Vnde non obstante tali prouisione, vel et appellariōe, ad tuitionem confirmationis facta, tener secunda prouisio: siue electio, dum mō fiat ab illo, uel ab illis, qui a iure uel superioris delegatione in ueritate potestatem h̄nt prouidendi, vel eligendi, fīm Inn. Ad hoc, qđ no. s. de supplen. negli. prela. c. fin. Sed si alias electio est nulla, puta, q̄a est facta de indigno scienter, dum mō fiat ab illis, qui h̄nt potestatem eligendi, ad secundos, ad quos de iure sp̄ciali electio ad alios delegatos h̄nt consimilē potestatem prouidendi: immo ad primū tñ dele gantem redit hæc potestas: ut no. de excess. pral. inter dilectos. §. pe. In c. a autem illa, quę in literis consueuit apponi. s. quod si non oēs, &c. certa forma cognitionis data est de rescrip. scic. scitatus. dōf. deleg. prudentia. §. i. dic. ut ibi fīm Inn. ¶¶ Quero, an idoneus pr̄sumatur alius non clericus. Dicit Ho. quod sic quilibet, si baptizatus: de quo remittit de seruti. c. r. Sed maxime est de clericis pr̄sumendum. 2. q. 7. querendum. & ea. si quis eps. quę verum ē: sed remittit ad ibi no. ¶¶ Gl. i. quærit q̄ probabit ecclesiam fore sufficientem. Dicit, quod illi qui dñt illam non sufficere, ostendendo facultates, & redditus ut hic innuitur. In ſtrium, quod probent dicentes sufficere. de proba. ex persona. vbi dicens aliquem fore ſoluendo, probat. Dic, si appareat præcedens status ecclesiæ, quod ibi ſoliti erant ſuſtētari, tunc si impetrans impetrat intra numerum consuetum, & ſtatim antiquū, & intra illum petit recipi, probat: dicens non ſufficere, si ultra numerum petit ſe recipi, ipſe probat ecclesiā ſufficere, & ſic pr̄sumptio præcedentis ſtatus transfundit probationem in reliquim. de conceſ. prab. ex parte. in fi. de pſcri. c. i. lib. 6. qđ notat ut eccl. bene. c. unico. ubi gl. & j. hic in fin. alleg. fīm id, qđ no. de reg. iur. ſemel malus. lib. 6. Si præcedens ſtatus ecclesiæ non appetit intra numerum duorum beneficiorum, pſumendum est pro impetrante, cū eccl. a nō dēat fundari nīl ſuper dote, quę ſufficiat duob. ad minus. de confeſ. di. i. nemo. de ui. & ho. eleri. ut quisq; in aut. ut detur. ſit nūm. ele. c. i. Ultra illum numerū probet impetrans facultates ſufficere eccl. fīm Io. An. Hoc puto, qn̄ impetrat in ccl. a nō collegiata: ſed ſi est collegiata, cū ſaltē debuerint ibi eſſe tres, q̄ pauciores non pſtituunt collegiū, ut patet de ver. ſi Neratius. intra tres grauabit eccl. a onere probandi: ultra tres grauabit petens ſe recipi. De materia negatiuā h̄t de elec. 2. Gl. colligit, q̄ quilibet pſumit bonus, & quilibet pſumit bonæ fidei, nīl ē probetur. C. qui mili. pos. vel non, ſuper ſcrivis. ¶¶ Opp. q̄ non arctet ad probandā negatiuam, cū illa sit improbabiliſ, & ſic arctet ad impossibile. §. de elec. bon. glo. non ſoluit. Dic, qđ hæc est probabilis ut ſequit: & dato, q̄ eſſet p̄babilis, libi in p̄pet. vt dixi de elec. bon. no. Inn. de accu. ſuper his. & no. Bar. in l. hoc iure. ff. de ver. obl. ¶¶ Quero, qualiter probabit indignitas, vel, q̄ non ſi idoneus. Gl. dicit, q̄ probabit per examinationem, qn̄ rōne ſcientia. de acta. & qualit. accepimus. Si rōne delicti, vel irregularitatis, dieēs illā probabit. Notat gl. q̄ ſicut delictum non pſumitur, ita nec irregularitas. Et hēc bonū modum probandi negatiuā ſcientia: ſup examinationē tñ in dignitatib. in examinando id: quod h̄t de elec. ſi ſōrte, lib. 6. Scundum hoc ergo negantiuā ſumitur, ut hic. De hac probatione negatiuā ſcientias tangit gl. in c. bona. de elec. & 6. q. ultima. actor. & in l. actio. C. de prob. per Cy. C. de probat. cum te. bonus tex. de elec. cum inter canonicos. & c. cum nobis. ¶¶ Dic, quædam eſt negatiua ſcientias personæ adhæretis. Quædam eſt negatiua alterius accidentis extrinſeci. Si eſt negatiua ſcientias personæ: tunc in bonitate non opponens dēt probare: ut patet de ſeruti. c. r. & hoc, quia reparatione baptiſ. mai reponit anima in ſtatu innocentia: & ſic eſt pſumitur, ut ibi no. donec ſtrium probetur, ſaluo niſi ſemel malus probet: quia in illa pſumitur malus. in regula, ſemel malus. de reg. iuris. li. 6. uel niſi ſit infamia, uel alia pſumptio ē eum: quo caſu oportet, qđ illam purget, fīm, qđ patet. 2. q. 5. per totum. & de purga. canoni. per totū. ad hoc, qđ no. de elec. ſi forte. lib. 6. ¶¶ Quædam eſt negatiua ſcientias naturę ad corpus, ut quod quis ſit legitimus, vel ſanus: & adhuc legitimus pſumitur, niſi ſtrium probetur: & ſanus, niſi ſtrium probetur. Si tñ ſemel fuerit infirmus, an pſumatur: ſi eſt infirmitas r̄palis, nō pſumitur. Si perpetua, pſumitur. De quo dixi in c. cum inter canonicos. de elec. Ad hoc, quia in dubio pſumit, quis le-

gitimus, qui fil. ſint legi. transmisſe. de reg. iur. ſemper. ¶¶ Quæda eſt qua. itas alterius accidentis non annexi naturę: ut quod ſi ſcientificus bon⁹ cātor, & ſimilia: & hic nō pſumit, niſi p̄betur, vel niſi aliter ex circumſtantib, vel examinationib, vel appellationib ad aliquos aditus pſumat: vt dicit gl. de ſcru. ti. c. i. In omnibus iſtis an dicens in negans grauatur ad probā dū, ſi pro regula, quod dicens, uel negans probat, in quantum fundatur intentū ſuper aſſertione, uel negatione: & ſic ſibi pro det, ſi poſte probare, alias ſibi dāmnu: ut dicit Io. An. ſuper regula. infamib. de reg. iur. li. 6. & Inn. de offi. deleg. cum in iure. & de accu. ſuper his. Bart. in l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. Si ergo perat aliquis aperte fundando intentionē ſuper quantitate, ſi quantitas eſt annexa naturę, opponens defectum qualitatē pſumit, cefſantibus probationib, ſi peto hæreditatē, pſumor legitimus. & dico teſtū validum: dicens defectum etatis, uel ad actū geſtu pſumit. ff. de probatio. ab ea partē. l. verius. ut patet de probatio. in praesenti. Si peto beneficium, qđ poſſides, pſumor etatis habilis, pſumor legitimus, pſumor ſamus: & tales pſumptiones juuāt ū partē, quæ opponit. Ad hoc de elec. cum inter canonicos. ſi aliquid non petit a parte, ſed a iudice, ut quia petit bñficiū, uel ſe confirmari: tunc eſt qualitate ſanitatis ſerua. c. cū inter canonicos. quia ſi hoc petit poſt quam pſenſit, quo ad pſimationem admittitur, niſi excipiens probet infirmum: & hoc, quia ponitur in ſtatu ſanitatis, eo, qđ habet ſtatum uinculi matrimonialis. Non negarē quin iudex poſſet, ſi uellet de hoc inquirere, & in hoc peronam examinare, & aliquos eſt testes adducere, & ſimpliſtiter interrogare: ſi an pſenſum probat ipsā repulsa parte inq̄t hoc petit a iudice: ut ibi in fi. In alijs qualitatibus, ſi excipiens foliū intendit non pſumari, ut pſumet: q̄a ſimpliſtiter negat reuſ id, qđ petit actor: non eſt in exceptione actor: ideo actor grauatur onere probandi, qđ ſit habilis, inq̄t intendit a iudice pſumari: ut in c. p̄gregato. & de elec. nihil. cū ſimilib. Similiter ſi dicens qualitatē altero agente caſtā, intendit non pſumationē, & qđ nō caſetur, non aut intendit pſumari: quia ſimpliſtiter defendit ſuper intentū agentis, & aliquid ultra non ponit, probat actor petens caſſari. Defectus qualitatē, ſi petens intendit confirmari, reuſ intendit caſſari: quia reuſ ſtat in finibus negationis eius, qđ petit actor, ſed aliud poſtiū intendit ultra negationē, ſeſtituit actorem: & oportet, qđ probet: ut d. c. cum nobis. & c. cōgregato. & d. c. cum inter. Ad hoc, quod no. Hoftiē. de dolo. Et hoc eſt q̄ per alia uerba vult Io. An. in diſta regula, infamib. Inquit autem intendit cum iudice, ut quia non appetit p̄tradiſtor, uel quia repulſus eſt, quia nō probauit, vbi debet, de defectum qualitatē tunc oportet, qđ offendat ſe legitimum, ſi eſt dubium an ſit legitimus: quia probet te arate habilem, ſe ſanū, ſe ſcientificū, ſe dignū, & ſimilia: pōt enim iudex ex officio, repulſo excipiente, ſe opponere pro eo. de app. constitutus. i. ad qđ iura p̄dicta. §. allega. in tit. de elec. Non credo tñ iudicē peccare, ſi uno petente pſumationē, altero petente caſatio- nē, ſi utrumque ſimil grauatur onere probandi. Haec uera, niſi ſama de defectu aliter releuat, q̄ poterit purgari per iuſti: ut d. c. infamib. no. Io. And. hic, ut plurimi colligit, ut no. ibi. ¶¶ Ad intellectū ergo huius c. hic neuter intendebat, nec petens pſumari, nec iſte excipiens non confirmari: ſed petitionē direxit qđ capl. in recipere, merito ex quo nihil petat a iudice, ſed a parte, debet opponēs probare: quia, qđ actū impetrationis exercuit, pſumit idoneus, niſi excipiens probet: ſicut quidēt petendo ingressum ſalutis ſolidum, pſumit ingressum habile ſtate: unde non arctatur ad probandum ſtatem. Itē ſi hic ſuit facta collatio per Papā, vel aliū ſtatus collatiōis releuat eū. Itē hic oponit ū literas de non idoneitate, unde pſumptionio idoneitatis in hoc leui ut non impediatur processus, ſufficientis eſt ad grauandum partem onere probandi.

¶ De iure iurando. Rubr.

¶ Dico de probationib, quia in defectum probationum re- currit ad iurū, quod aliquādo finis eſt litū. j. e. & ſi Christus. & aliquādo maximum remedium expediendarum litū. ff. cod. l. i. ideo & c. fīm Goff. Materia in cauſa. 22. per totum. ad idem. 15. q. 6. aliud. cum duobus seq. 35. q. 6. per totum. repetit autem in 6. & in clem.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum potest remitti vbi eius implementū continet turpitudinē.*
- 2 *Ad iuramenti relaxationem agi debet coram ecclēſia.*
- 3 *Iuramentum potest remittere ille, ad cuius commodū eſt pſumit.*
- 4 *Iuramentum, quod impleri potest abh̄que interitu ſalutis aeternę respicit viriſque partis, eſt implendum.*
- 5 *Vſuras ſoluere promittens cum iuramento, vel ſolutas non repetere, quārum partem iam ſoluit, an petita aſſolutione, & iuramenti relaxatione poſſit ſolutas repetere.*
- 6 *Iuramenti aſſolutio ſuper re illicita p̄aſtit quomodo peti debet.*

CAP.

C A P. I.

X administrationis. ¶ ad remissionem iuri, cuius implementum pertinet turpitudinem ex parte suscipientis. h.d. ¶ No. 1. vnam practicam se defendendi aduersus iurum illicium, alias obligatorium, quoniam continet turpitudinem ex parte suscipientis, ut illius petatur a parte relaxatio, & ad hoc per iudicem cōpellatur. ¶ No. 2. qd ad relaxationem talis iuri debet agi coram ecclesia. ¶ No. 3. qd qm iurum respectu implementi ordinatur in utilitatem priuatam alicuius, ille, ad cuius commodum iuri est praestitum, illud potest remittere. Ad hoc de spon. sicut. de testi. cogn. ca. fide etiam in Spe. de leg. s. nunc ostendendum. vers. 22. & qd scripsi. in d.c. sicut. ¶ Opp. qd cum iurum possit impleri per iurantem absq; interitu salutis eternae, illud sit implendum. j.eo. debitores. Sol. Licet iuri est licitum ex parte praestantis, ex parte eius, cui prestat, erat illicium, merito ne cum peccato, & alterius iactura acquireret, potest agi ad remissionem iuri, vt hic. ¶ Quid si iuravit non repeteret viuras? Gl. dicit, qd potest denuntiare superiori, & compellere creditorum quasi indirecte officio iudicis: quia cum non possit penitentia, nisi restituatur, non restituere compelletur, si cōpellatur penitentia ex vi denuntiationis. Alle. j.e. ad nostram. Dic, si iuravit soluere, & non dū soluit, hēt primo remedium huius decreti, vt agat qd creditorem ad relaxationem iuri. Et puto, qd hēc decretum possit practicari dupliciter. Primo, vt agat qd debitorem. Secundo, et iudex facere potest, si uidet eos paratos ad exigendum: quia videt eos paratos ad præcipitum: & melius est ante tps occurrere: vt l.f.C. in g. cas. in integr. restit. non est ne. Via autem denuntiationis non potest agi posse: quia licet iniuste exigerit iurum, non peccat, ex quo nondum exigit: nisi dicatur, qd peccatis tenendo cu in iuste inquinatum: & quia denuntiatione hēt locum, vbi est pars est parata ad præcipitum, licet actu nondum peccauerit. 93. dist. diaconi. 23. q. 4. ipsa pietas. 22. q. 5. hoc vñ. & no. gl. despon. ex literis. Qnq; iuravit soluere, & iam soluit: & potest suo iure repeteret: vt j.eod. debitores, vnde non est necessaria remissio iuramenti, quia iam implieuit iurum: & potest iure suo repeteret, de quo dicam ibi. Habet aliud remedium notabile, qd tan git cauda glo. quia potest excipere qd creditorem, ut desilit ab exactione: vt in c. tuas. de usuris. hoc est absq; dubio, si iudex ex officio faciat hanc exactiōnem: parte autē instantē poterit hāvia ut hoc intimet iudici, qui hoc ex officio faciat: poterit etiā excipere, vt non cogatur vi iuri, qd relaxari debet a creditori: qd absoluī debet, a quo petat ex nunc ut relaxetur, absoluatur, sicut & de remedio restitutiōis quis auditur expiens. s. de iure iurant. l. nam & postea. §. 1. & l. necnon. §. exemplo. ff. ex qui. ca. ma. Ad hoc, quia vbi datur actio, fortius exceptio: vt l. 1. §. qd ait. ff. de superficie. & l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. & teneret hoc Fred. suo conf. 264. alle. glo. de causa pos. pastoralis. in gl. pen. in fi. & l. Pap. §. si filius. ff. de inoff. testa. ad hoc, qd no. gl. & Archi. 15. q. vt authoritatem, que dicit, qd potest excipere, quia metu promisit: si autem iuravit soluere, & non repeteret, habet primo remedium huius decreti, quia sic iurando non se obligavit ad non petendā absolutionem, vel remissionem iuri: & sic vi iurare non repeteret stante iūro. Non obstat, si dicatur iurando non repeteret, iurare vñ non facere aliquid, per qd deuenire possit ad istud, qd possit repeteret: quia verum respectu juris præteriti, vel subsistentis tpe iuri, non respectu juris orti post iurum, vel in actu iuri, quod metus cau. Abbas. & c. cum. P. §. de renuntia. Poterit etiā agere per viam denuntiationis: & sic compellere creditor restituere usuras, quasi indirecte officio iudicis. j.eo. ad nostram. & c. tuam. de cogn. sp. fm. glo. Pondera, quia gl. dicit indirecte, pro tanto, quia non debet denuntians concludere principaliter ad restituendum, sed debet cōcludere ipsum peccatorem: & cum aliter penitentia non possit, indirecte compelletur ad restituendum per iudicem; qd non credo, qd vitaret libellus, si diceret hic petens. Peto, vt quia peccat in me, & aliter penitentia non p̄t, ut ex officio cōpellatur ad emendandum se de peccato, & qd ad restituendum, qd illicite detinet: cautiū est abstinerē ab hoc ultimo, pp no. j.eo. quemadmodum. Datur, & tertium remedium, vt iudex ex officio supplicat, & compellat illum ad restituendum, & relaxandum iuri, vel ad restituendum ex officio, qd illicite accepit: quia licet iurauerit non repeteret, non p̄t iuravit non recipere iudicē ex suo officio compellere: nec vitaretur, qd agitur, si appareret in actis partē notificasse hoc iudicē, & intigasse offi ciū iudicis, nil petendā a iudice, vel a parte, sed notificando: & haec est alia via. Practicat alia via: quia a iudice petitur relaxatio iuri, vt illicite exacti, vt nō obstante iūro possit usuras, quas soluit, & iuravit non repeteret, ut ab alio absoluatur. Et hoc fundatur super. c. si vero. j.eo. & licet. c. illud loquatur de petitione absolutionis a Papa, tñ & inferior absoluere potest, vbi

aliqua turpitudine ex parte iurantis est: ut no. 3. co. debitores. ad quod 15. q. 6. c. 1. & 2. Nam & aliquā dispensat in iuramentis licitūs, & liceat praestitis. e.q. nos sanctorum & c. iuratos. Sic servatur ēt in obligationib. dolo re ipsa extortis, in quib. decepti sunt minores, in quibus dolus præsumitur: & iura, quæ ualidat talia iuramenta, loquuntur de non vi, aut dolo, aut metu extortis. Petunt autē absolutiones, & postea agūt. Et hēc est bona practica. Vidi tamen consulfum, qd ad hanc absolutionē iuri non venitur, nisi in subsidium: quia ante omnia procedit via vt pētaf absolutio a parte, per hoc. c. & ubi pars absoluere non vult, absoluīt ēps: & si aliter non absoluere, non puto hoc necessarium: quia nullib. datur hic ordo: & absoluīt principaliter in c. hic allegatis: & si audīt principaliter. in ca. ad au res. qd met. cau. & ca. Abbas. Fateor, qd urbanus esēt scīcī agere. ff. de sergi. rustic. prædi. l. quidam Iberus. sed hodie iūra fortius roborantur: quia iurant non repeteret, non petere absoluī, nec aliquam querelam, aut querimoniam super his deponere: & hoc casū non est tutum remedium, nisi, qd officio iudicis iudex prouideat: quia licet repellatur pars, non repellitur iudex principaliter ex officio intendens correctionē peccati, per ca. ad nostrā. j.eo. tit. Est & remedium denuntiationis: quia illud non potest excludi iūro, & dato, qd specificē iuraret non denūtiare. j.e. quemadmodum. Ad hoc, qd no. gl. 15. q. 5. authoritatem, quia non posset saluari sine interitu salutis eternæ, & per culo animæ conformis, unde poterit denuntiare. Et aduertere, quia duplicitē p̄t venire denuntiando, s. per viam denuntiationis Euangelica, vel judicialis, & habet seruare formā monitionum, de quib. 2. q. 1. si peccauerit. Et p̄t etiam per viā ciuiudam intimationis, vt iudex videat peccatum, quod ex officio emendet: & in hac non credat necessariam monitionem: non vitabit ergo processus iudicis ex officio, licet appareat denuntiarum: quia iuri non excludit hanc denuntiationem: vt ēt vigilat iudex, & certificetur de peccato, quod corrigit: nec ex eo, quod non procedat monitio, quia hēc sumetur pro quadam intimatione. ¶ Quero, a quib. compellantur hi desistere, vel absoluere. Gl. dicit, quod a delegatis Papac vel etiam ab ordinario: vt in c. ad abolendam. in fi. de haereticis.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum a prælato præstitum de non repetendis rebus ecclesiasticis non valet.*

2. *Iuramentum meticulosè præstitum an videatur obligatorium donec absoluatur iurans.*

3. *Tutoris iuramentum de non repetendo res pupilli, non obligat iurantem.*

C A P. II.

Eruenit. ¶ Non ualeat iuriū præstitū a prælatō lato de non repetendis reb. ecclesiasticis. Communis diuīsio. Secūda ibi: Cognita. ¶ No. 1. qd iuriū præstitū meticulosē, a spoliato de non repetendis rebus, est obligatorium. ¶ No. 2. qd iuriū meticulosē præstitū est obligatorium, donec absoluatur: absoluī tñ potest, & debet, cum turpiter sit præstitū. ¶ Opp. quod litera contradicat, que dicit iuriū nullum ibi: nullius iuriū vinculis. Et tamen in fine absoluīt. Multipliciter intellegitur. Primo, quod iuravit quis non repeteret res proprias: & hoc casū an iuramentum obliget, sunt opī. de quibus. §. quod metus causa. Abbas. j.e. si vero. & c. verum. Si tenetur opī. quod iuramentum non obliget, tunc stat bene, nullius iuriū, &c. & in fi. dic, qd absoluīt ad cautelam. Vel absoluas, i. absoluītum esse ostendas: si tenetur opī. que cōs est, qd sit obligatorium, saltem vt contrariantio illaqueat ad ueniale. de quo. j.eo. verum. tunc stat proprie absoluas. & ibi: nullius iuriū vinculis. subaudi quo ad effectū. Vel non potuit compelli, si tñ compellatur, obligatorium est: sed absoluīt. Et dicit hic Inn. qd aduersus propriū iuriū non datur absoluīt, & non datur restitutio, licet iuriū ab alio præstitū detur restō. ff. de iure iur. l. nam & postea. §. si minor. Hoc planum, in quantum iuriū est præstitū a maiore: & est præstitū ēt illicite, quia persona non restituitur, & quia non subest cā dandi restōnem: cum inquantum obseruat iuriū, non possit dicere se lēsum, ex quo est obligatorium. Et per hoc vñ ēt, qd minor non possit petere restitutio aduersus præstationem iuriū. ad hoc authē. fac̄a p̄uberum. C. si aduersus vendi. Petat ergo absoluī, ubi potest non restitui. Sic debet intelligi, quod no. glo. & Archidi. 15. q. 5. authoritatem, quā videtur sentire contra, quod rescindi possit per remedia rescissoria, quod metus causa, & similia, non restitui. Not. solitum dictum, quod etiam data lēsionē in iurando, non datut inquam restitutio aduersus iuriū, sed absoluīt. Quod puto, inquantum perit absolutionem aduersus iuriū implementum iuriū, sed inquantum diceret se lēsum præstando iuramentum, magis est dubium. Vides quid dicit Inn. quid non datur: quia rescissio, vt positiua, non tolleret vinculum: petat ergo absoluī. ¶ Secundus, quod hoc iuriū fuit præstitū super rebus ecclesiasticis non repetendis: & sic fuit nullum iuramentū: & bene Ant. de Butr. super ij.par. ij. Decr. k k k sta

Anto. de Butrio super ij.par.ij.Decretal.

stat litera ibi: nullius iuramenti, &c. Erad uerbū, absoluimus, responde ut dixi. Vel dic, quod absolvitur a peccato, quod cōmilit sic iurando, quod absolutione egit. hacten procedunt quādo iuramentum praestitit uiolēter, uel alia turpiter. Sic debet intelligi, quod no. gl. 15. q. 5. authoritate. Vbi autem praestitit uoluntariē, tunc superior faciet iurantem absolui, & poterit repeterē, uel dabit curatorem bonis, uel prouidebit aliter, p̄ ut melius ecclesia recuperab̄it, & iurans nō uenit ē iuramentum: arg. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum me absentē, &c. debitores, &c. ad nostram. 1. & 2. & c. quemadmodum. Et si p̄ alium recuperari non possunt res ecclesiae, dabitur licentia re petendi. quia non potest iuramentum illud seruari sine integrū salutis aeternae. j. co. si vero. & c. tua. fīm Inn. Ho. dicit, quod uerior est ratio: quia talia non sunt iuramenta, sed periura. & 3. §. eo. sicut literis. Idem si tutor iurauerit non repeterē res pupilli. Res autem proprias iurando absq; metu repeterē, non potest, & tenerur seruare iuramentum. de quo, quod metu causa, ad aures. super gl. 2. lo. An. de insti. cum uenient. tenet prelatum obligari iuramento, nisi tempore promotionis prae stiterit iuramentum de non alienando. ad quod facit. ca. cum uenisset. Puto, quod si in alienatione tangitur preiudicium so lius prelati a prauidicio ecclesiae, iuramentum obliget: ut d. c. cum venissent, sed si non est speciale a prauidicio ecclesiae, non uidetur, quod seruari possit ab ip̄i animē periculo ideo illum non repellit.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramenti implementum in melius commutans, non deierat.*
- 2 *Iuramentum de aliquo impletendo, quam recipiat conditionem.*
- 3 *Iuramentum quis potest autoritate propria commutare.*
- 4 *Iuramento quis non adstringitur si ab alia parte non impletur.*
- 5 *Votum potest in melius commutari propria autoritate.*
- 6 *Fides, quando sit seruanda fidem non seruanti.*

C A P. III.

Eruenit. ¶ Non deicrat iuramenti imple mentum in melius commutans, & non adstringit iuramento quis ad imple mētum, quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu praebevit iurām. h.d. Sunt duo dicta. Secunda ibi: Neq; tu. ¶ Not. 1. quod iuramentum non uiolat, qui altero occidente meliori bono incompossibili cum im plemento iuramenti, illud implet, omisso iuramenti imple mento. ¶ No. 2. ex hoc, quod iuramentum de aliquo implet do recipit conditionem: nisi melius occurrat impleendum incompossibile. & si utrungq; possit impleere, impleendum foret. 3 ad hoc de sponsalib. commisum. ¶ No. 3. arg. quod in euide ter meliori bono quis potest propria autoritate commutare iuramentum, quā cum meliori bono non est copassibile: alias compassibile implementum, iuramenti, uel retardare, aut fur bare potest implementum melioris boni, non infringit ire vo uens ad sanctū Iacobum, vel iurans scribere libri; si statim 4 ingreditur religionem. ¶ No. 4. quod ubi iuramentum res pectuatur ad implementum, & ex altera parte illud recipit conditionem, si ab altera parte impletur, ideo non dato imple mento ex altera parte non adstringitur quis iuro. ¶ Quāro, an hanc commutationem possit facere autoritate propria? Dic, si uotum est nō xūm, illud, in quod cōmutath, est uile, tunc licet propria autoritate commutare. 22. q. 4. mulier. Et sic intelligit Gof. omnia capitula illius quæstionis. Si autem uotum esset uile, tunc non licet propria autoritate mutare, sed autoritate illius, qui habet commutare vota, infra de uoto. ex multa. fīm Inno. & lo. And. ¶ No. bene, quia in commutatione aequiparatur hic votū iuramento, & cō. Hoc puto, vbi dubiu potest esse, an in quo sit cōmutatio, sit melius bonū: ubi autem euidentissimum est, tunc si utrungq; potest impleere, & alterius non timetur turbatio, idem, ut expectetur in cōmu tatione superioris autoritas: quia hæc est commutatio uolūtaria. Vbi autem non potest impleere iuramentum primū ab ille turbatione melioris boni, & utrungq; non est compassibile. tunc licet tutius sit expectare autoritatē superioris, ubi illam habere potest, tñ puto, qđ si propria autoritate cōmutet, non peccet, ut hic: quia illud obligat in quantum melius bonum non preparetur ad qđ no. de sponsal. commisum. & 6 de regula. licet. ¶ Opp. qđ non seruanti fidem seruare tenet. 23. q. 1. noli extimare, cum simili. Gl. dicit, & regl' p̄ procedit tex. ad quod. 25. dist. esto. de regulis iuris. lib. 6. Casualiter procedit contra, vel particulariter. Ad ea. noli. dic, quod concordat: quia hosti fides est seruanda, si hostis fidem seruat. capit. quod Deo. Dic, quod uota coniugum diriguntur in Deum, nec unum prefatur ad implementum alterius, respectuē: iō nec resoluuntur, uel conditionantur ad implementum alterius, vt si aliqua conditione inserta in iuramento, & acceptata per alia partem, non seruatur. C. de condi. intertis. l. 1. 3. 2. q. ultima. c. fi. Veli si iurauit fidelitate propter feudum, & auferit mihi feudū.

Ad hoc, de loca, potuit. de feidis. c. i. Idem si aliquam conditio nē tacitam recipiat iuramentum: vt l. cum proprios. ff. locati. l. quaro. §. inter locatorem. eod. ti. Fallit fīm Gof. in ca fu glo. sed ibi vota non capiebant inuicem respectum, vt dixi. Fallit secundo, quando hoc actum est, vt altero non seruante, nihilominus alter seruet. Et fallit in treugis, quia licet cui multipliciter des damnū multipliciter non licet tibi dare damnū, donec durat tempus treugarum. ff. pro socio. l. act. §. diximus. Ponit potest etiam exemplum in eo, qui iurauit seruire pro certo falario ad tempus, soluendo quolibet menfe, quia si non soluis, potero absque desertione, vel violatione iuramenti religionē intrare, dupli ratione hic posita. Non obstat, c. innocens, quia non dicit seruandam fidem non seruanti, sed quod exactum iuramentum per fraudem, & sic non seruata fide debita secundum tempus exacti iuramenti, nihilo minus fides est seruanda.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramenti forma, qua iurant Papæ episcopi, & promouendi, qui sunt excepti, quæ sit.*
- 2 *Iuramentum à quo tempore incipit obligare iurantem.*
- 3 *Iuramentum præstitione super fidelitate, quid comprehendat.*
- 4 *Consilium ruelans, quod damnū videatur inferre.*
- 5 *Iuramentum, quas regulis comprehendit.*
- 6 *Obligatus ad actum extra iudiciale sufficit, quod semel vocetur, seu summetur.*
- 7 *Ad synodus ire non tenetur episcopus, nisi vocetur. §.*
- 9 *Lignum apostolorum, appellatione quid veniat.*
- 10 *Visitatio eccliarum qualis esse debeat.*
- 11 *Episcopus in promotione sua, qua capitula iurat.*
- 12 *A consilijs in quibus quis vitam perdere potest, an possit defistere.*
- 13 *Visitare ecclias, an indistincte habeat episcopus singulis annis.*
- 14 *Iuramentum, quod presulare debet ciuitas ius episcopis.*

C A P. IIII.

- 14 hoc, quod no. de re iudic. cum. l. & A. ¶ Oppo. q̄ libera persona non possit obligari pro debito, ibi: obligantes cadunt a debito. C. que res pig. oblig. possunt. l. qui filios. de actio. & obl. l. ob es alienum. in aut. ut nulli iudi. \$, quia vero. Sol. Nō possunt tangere res realiter obligari, ita q̄ ius in eos constituantur, sicut in pignore, sed tanq̄ obrides possunt obligari personaliter, & se obligare ad standum in certo loco pro debiti securitate, donec satisficiat: & maxime hoc procedit, & seruatur, q̄n non obligatur pro pecunia, sed pro facto in eundem pacis, vel consimili. de arbitris. exposta. Fallit in filio, qui potest obligari. ¶ glo. pro necessitate famis: quia si potest alienari, quod est plus. C. de patr. qui fi. distra. l. 2. fortius potest obligari. In quantum tex. & glo. cōcludunt monachum posse ratione obstagij obligari: hoc dicit uerum Io. interueniente auctoritate Papæ: alias detinens incurrit frām excoicationis. de sen. exco. nuper. Idem Inno. & Host. quia monachi non possunt detineri inuiti, nec etiam volentes, absque poena excoicationis: ut no. de sen. exco. continet. Sic no. lo. 73. di. c. fi. Quidam dicunt hoc uerū, q̄n detinētur inuiti: secus si a principio uolētes ut hic, & 45. di. de lud. eis. lo. And. dicit distinguendū modū tenendi, q̄ si clericus promisit obstagium in caltro, uel palatio, & ne dicatur fractio fidei, ibi sponte manet, pudori suo parcens, tunc tenet excoicationis. Sed si tenerit in compedibus, uel carcere inuitus, ut fugere non possit, tunc locus est pōne. ¶ Sed est dubium an cum pro debito quis habeat beneficium, ut possit cedere bonis, & ob hoc non possit pro debito capi: q̄a sufficit, q̄cedat bonis: ut. l. 1. C. de his, q̄ bo. ce. poss. Nunquid tali beneficio possit renuntiari. Richar. Malum. per al. hic, consuluit, q̄ non possit quis renuntiare beneficio cessionis, sicut nec potest renuntiare, & se obligare ut seruiat. Petr. aliter dixit ibi, quia aliud est se obligare ad seruendum, aliud ad morandum in certo loco: quia per hoc non seruatur. Hanc q̄nem latissimè prosequitur Cyn. in l. r. C. qui bo. ce. pos. vbi ponit consilium Iac. de Are. Vide Bar. in l. alia. \$ eleganter. ff. fo. ma. Et hoc expediam de solu. Odoardus. ubi melius cadit. In quantum gl. dicit, q̄ pater potest obligare filium pro debito ex necessitate famis, sicut & usdere potest gl. ibi illud tenet in d. l. 2. Alij tenent q̄rūm: q̄a exorbitans lex non extenditur ex rōnis maioritate: licet Cy. teneat ibi, qd gl. quia hic obligare, est vēdere aquipollenter, & latē. Ad hoc, qd no. in l. r. C. q̄ lit lon. 16. & vide, quod dixi de pōne. in fi. in mā extensionis. ¶ Opp. q̄ mulier expelli non possit ad soluendum, cū habeat beneficium Velleiani. ff. ad Vell. l. 1. & 2. Sol. Hoc p̄cedit q̄n non excipit, vel q̄n renuntiauit. Vel dic, q̄ expelliatur pō iūrm, quod potest seruari sine periculo salutis ēternæ: iō excludit beneficium Velleiani, q̄n iurauit, qd no. ad hoc. eo. ti. c. 2. l. 6. ¶ Opp. q̄ non obligetur isti p̄ factio alieno: q̄a illud q̄s pmittere non potest ff. de verb. ob. l. stipulatio ista. Sol. Dicit gl. intellexit lām, q̄ isti fuerunt fidei iussores obligationis facti, q̄ intercesserat pp. factum abbatis: & p̄m hoc fidei iussores fuerunt obligationis facti abbatis. Ad 3. rūm dic, q̄ non promiserunt isti abbate hoc facturū, sed p̄mi serunt se facturos & curaturos, q̄ abbas faceret: quo casu, si per eos stererit, quo minus hoc curauerunt, sunt periuri, & p̄nt cōpelli: si fecerunt, quod potuerunt, non erant periuri, nec p̄pelli: & sic p̄t obligationi facti p̄missor accedere. Sed lāf. dicit, q̄ hic erat fidei iussores: qd est possibile in obligationib. etiā facti: arg. ff. de fidei ius. l. si stipulatus essem a me. Vel dic, quod hi se obligauerunt, ut fidei iussores principalis debiti.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramentum non seruans, dicitur periurus, & ab ecclesia remouetur.*
- 2 *Beneficio quomodo quis possit priuari ratione periuri.*
- 3 *Necessitas & impossibilitas excusat a periuri, vel alia pōna.*
- 4 *Beneficio potest quis priuari, eo quod canonē non soluit per biennium.*
- 5 *Infamis confutur periurus, cui dignitates non debent parere.*
- 6 *Conduktor potest expelli a re conducta ratione fraudis commisso in re conducta.*
- 7 *Fraudis ratione potest quis priuari beneficium.*

kkk 4 CAP.

Anto. de Butrio super ij.par. ij. Decretal.

C A P. X.

- V**erelam. **P**er iurum est, & ab ecclesia re-mouendus, qui non necessitate, sed voluntate venit, & lictum iuramentum. h. d. Prima pars ponit impretratis querelam. Scda dat iudicies, ibi: qm igitur. ¶ No. primo, q criminē per-iurij deponit a beneficio. ¶ Nota 2. q à quolibet iuro de sol-uendo, vel aliquid iniendi, casus necessitatibus, & impossibili-tatis censetur exceptus: & sic iuram soluere, si non soluit, est pi-urious, qm non soluit simplici voluntate: secus si impellente ne-cessitate. ¶ Quero quo respectu possit hic se obligasse. ad hoc. Dic, forte se obligauerat iuso: quia tenebat ecclesiam annexā præbendē istius. R. uel forte non erat annexa, & hic erat cōde-ctor fructuum, & temporalis vicarius. ¶ Oppo. q altero respe-ctu poterit priuari, qm per iurum, eo q canonē nō soluit p biē niū. 10. q. 2. s. hoc ius. Gl. prima hoc fatet. de hoc s. de dila. Iza. 5. ¶ Quero quare pītus priuat. Gl. dicit: qm infamis. C. de trā. si qm maior, & infamib. portē dignitatis patere nō dēnt. C. de digni. l. 1. li. 12. Item nec ad testimoniū admittunt, de testi-temoniū. No. gl. qm pītus est infamis infamia iuris. Vide, qd scripsit de testi. testimoniu. Et no. qm infamia iuris deiicit ab obtento. Vide gl. de iudi. at si clerici. de elec. querelam. Gl. col-ligit, qm necessitas excusat a per iure de difficultate. lo. And. re-mittit. j. e. breui. de hoc de pītū. significāte. ubi du mā. ¶ Gl. opp. qm hic non debet remoueti rōrē per iurij, cum ciuiliter ageretur de pensione, de accusa, inquisitionis, & de ordi. cog. cū dilectus. Gl. dicit pītū pcedere, qm agit de depositione in- titulati: qm ex actione ciuili nō deponit hic, qm agit de remo-tione pītūtōrū, vñ uicarii, qm certā dño debet pīsonē, qm quocū que in rē pīducta reperiāt fraudem pīmisſile, dēt ab illa remo-ueri. ff. de lege pīmīflorā. l. 1. Nec ob. si agebat ad finem pīsonēs ēt pī fraude non dēt priuari: qm intelligi dēt, qd ēt agebat ad finēm pīuationis. Pōt ēt intelligi, qd erat intitulatus, & Pa-pa mandat ex officio vt pīvitet: & ideo mandat, si sibi hoc cō-stitutet &c. Sic ergo pp. pītū pītū pītū qm à beneficio. ad hoc, qd no. ne pīrala. vices su. c. querelam. Idem dāt lo. Ber. & Host. in-ueniente qm propriam pīmissionem fidei interpositione valla-tam. Allegant sua iura. Sed dicit Archi. qm iura qm allegant, hic, non probant. Alij dāt, qm licet sit obseruanda fidei pīmissio, non tñ inducit pīuationem. Et in hoc residet Archi. 27. q. 5. iuri. de hoc. 8. i. d. c. 1. in f. 15. q. 8. in summa. de temp. ord. ex tenore. & c. ult. j. e. sicut. Idem Archi. in c. 1. de sepul. li. 6. in verbo fidei interpositione. Nam qm in pluribus equi parent pīsta-tio fidei, & iurū. qd me. cā. ad aires. de arbi. peruenit. & ca. cu-tp. & c. ex parte. ne pīlati vices suas. querelam. de constit. ex literis. & no. de fide instr. peruenit. tñ est differentia in pīnēti-cē in iunctione: quia maior imponit pīnēti-cē pro per iu-ri: ut no. j. co. clericus. Est eriam differentia, de qua est dīctū.

S V M M A R I V M.

1. Iuramentis duabus contrariantibus, utrum feruandū sit.
2. Beneficio quis potest priuari ratione iuramenti temerari.
3. Iuramenti temerari ratione quis potest in per iurium incidere.
4. Iuramenti forma qualis esse debet in recto ecclie.

C A P. X I.

- V**anos. ¶ Si pītūtū iurat pītānti de anti-ōrium iurat iustitienti, ualeat tñ, & non primū: tñ ab ecclesia remouetur. h. d. Cōis diuīsio. Scda ibi: tñ igitur. ¶ Nota, qm pītāntibus duobus iuramen-tis codem diuīso tempore pīfītis, quōrum pīmū est illi-citum, tñ aut ēt lictum, ualeat tñ, & non pīmū: qm pīmū est illi-citum ex parte pīstātis, & suscepītis. ¶ No. secundo, qm ratione temerari iuramenti quis deponit à beneficio.
3. ¶ Oppo. qm per iurum necessario non sit hic: quia pōt uitare per iurium parendo secundo iuso, & non primo, qd fuit illi-citum. Sol. Gl. intelligit, per iurum, id est, temerario iuramento: qm non habuit iustitiam secū: & quia a primo debuit excipi ius sup-eriorum, & fortius ius canonicum. Concludit ergo gl. qm iūra-tur falsum ignorante, qd quis credit verūm: & licer hic sit ali-qua forte tentatā in iurādo de eo, de quo non est certus, talis tñ non est per iurum: & pōt esse sic exclusa culpa, qm nec ēt peccabit. 22. q. 2. hominis falsum. Quod dicit lo. And. verū, vt dixi, si adhibuit omnēm diligētiā, quam potuit: alias est ue-niale: uel si fuit in culpa mortale: sed si sc̄ienter iurat falsum, semp̄ est mortale, nisi fiat ioco. 22. q. 2. qd ait uel similia. cōmu-ne. 22. q. 2. uolit. Qm qm aliquid iuratur de futuro, quod pōt ēt se-verum, & falsum, quia pōt impleri, & non impleri: & tunc di-cit gl. quod si lictum est, peccat mortaliter transgrediendo. s. c. si uero. & c. querelam. si est illi-citum, ita, qd eius obseruatio ver-gat in pīnēti-cē salutis aeternae nō peccat. pīueniendo, sed pec-cauit iurādo. 23. q. 4. c. 1. 2. & 3. Sic ergo. per iurum pōt ēt circa id, qd iuratur de prāterito, uel de pītā, si est falsum, & circa id, qd iuratur de futuro, qd est lictum, si non impletur: si illi-citum:

non est per iurium, sed temerarium in fīm, qd lata significatio ne pīt appellarī per iurū. Nunquid autē sit peccatum. Dicit glo. qd illex propōto, & delibera-tōne pītūtū indiscētū iurū, est mortale. Alias iī iocosa leuitate vel incaute, est veniale. 23. di. 9. a. p's. Casus at, tñ quos iurū est lictum, colligūt ex his versib. Quis, cui, quid, per qd, ad quid, cū quo, Qm ut iūrādū lictum, discerne vocando. De quo remittit ad summā, eo. ri. s. quid cōfīctū. Sedm hoc ergo pro temerario iuro quis deponit. Alij intelligunt, qd deponit tñ pro per iurio, qm, svenit lictum in fīm, & sic rex, qui dicit pro per iurio, respicit superiore ēasum, in quo dixit de pīstātōne licti iuramēti. 4. ¶ Quero, de practica iūrī restoris ecclie curate, uel nō cu-rate. Dicit Host. qm licet sit diversa forma tñ consuetudinē di-uterlorū locoruim, de iure tñ est, qd iūret se fidelem epō, & o-bediētēm. s. e. nullus. Sub quo intelligas, qm seruabit illius sen-tentias, & pro posse faciet seruari, qd ēt aliqui exprimit, de off. ordi. cum ab eccliearum. & c. ad reprimendā. Mādata sua sancta, & honesta adimplebit, de off. or. c. fi. Nihil alienabit sine ilius licentia. 12. q. 2. abbatib. 17. q. 4. in venditionib. Nomine ecclie ultra certā summā arbitralē determinandā mutuū non pīhet. de fidei, qd quibusdā Ecclam non relinquet, & ad alia se non transfert sine licentia. s. de ren. admonet. Iura ecclie pōsītēt, & defendet, utilia eius procurabit, & nocua vita-bit. C. de epi. aud. de creationib. Qd intellige ēt postpositis ne-gotiis proprij patrimonij. 7. q. 1. pīsentium. & c. placuit. vt ne mini. 16. q. 1. qui vere, & cap. nos aūt, qd nil dedit, aut dabit, aut aliqd paclūm fecit, nec aliqd cōmīstīlīcītū per se, uel alium, eo sciente, pro adipiscenda ecclā, de pac. ca. fi. de sim. nobis. de purga. c. quoties. & c. qm cito hoc vitūli ad eum perueniet, insi-nuabit epō, & ad eius voluntate renuntiabit. de cle. c. 2. & ordi-nēs suis spōrib. recipiet si ordinatus non est. de cta. & qua. quo-rum. In ecclie personaliter residebit, & deseruiet in ordīne, quem ipsius cura requirit. de cle. non resi. quia nonnulli. & ea. relatum. & qd nomine census ecclie nihil alicui soluer ultra antiquā & solitā pīsonē, vt hic, de cēs. prohibemus. tñ. Inq:

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum de non loquendo vel pībendo subsidiū personis coniunctis est illi-citum. num. 5.

2. Delinqūens est puniendū secundum qualitatem persona suā. 7.

3. Delictū superioris infamantur subiecti.

4. Subditū tales esse dicuntur, quales sunt domini, & illorum superiores.

5. Iuramentum de non loquendo parentibus, & amicis, cui rationi contra-dicit.

8. Absolutio pro iuramento temerario est ad cautelā iuranti necessaria.

9. Iuramentum, quando dicitur illi-citum, vel lictum.

C A P. X I I.

- V**m quidam. ¶ Episcopi pro per iurio graui pīniunt, quā alij. Secundo dicit, quod illi-citum est iūrī de nō lo-quendo, uel pībendo subsidiū personis pīfīctis. 2. Secunda ibi: illi vero. ¶ No. qd ceteris parib. plus peccat in dignitate positus, & hīs alios corrīgere, & exemplū pībēre, quam alius, tum quia peccat in se, tum quia malo exē pīlo pībēt alios occasionem, & audaciam pīccandi. ¶ No. qd facta superiorū mala de facilib. ab inferiorib. trahuntur in exemplū. Ideo qualis est superior, talis est inferior, & subi-ctus. ¶ Nota, qd iūrī pī officio naturalitatis, & consanguinitatis, pītatis, & charitatis, tanq, qd non est obseruabile sine inter-itu salutis eternae, non obligat. ¶ No. qm non loqui attinentib. vñ cīcī peccatum ex indignatione, & pī humānitatem, & natu-ralē instīctū, ac pītatem naturalē. No. qm pro temera-tio iūrō inīnguit pīnēti-cē: & ad cautelā quis est. absolu-en-dus. ¶ Quero, cui rōni pīdicit iūrī hoc. Dic, qm naturali etiā instīctū quo ad parentes & filios: ut Insti. de iure na. s. 1. Host. Quid de alijs personis coniunctis. Host. idem eadem ratione. 7. ¶ Oppo. qm dignitas non aggrauer peccatum: quia durius pīnēti non dignitate positus, qm in dignitate. C. ut nemo priu. l. 2. 24. q. 1. qui pī pacem. cum si. Dic. in poena corporali plus pīnēti ignobilis. qm nobilis. 3. 5. di. ante omnia. in pena pīcūnīaria plus nobilis qm ignobilis: in dignitate positus, qm priuatus: in pīnēti, & reatus quantitatē sic constat, quis plus contēnat, ille plus peccat: quia quantitas reatus metitur ex quantitatē pī-temptus: ille est dubium, in dignitate positus plus cōfīctū con-tēnere in dubio: iō plus pīnēti. Itē in dignitate positū plu-ri pīcurrunt: quia in eo maior notarū ingratitudo, qm maiori-rib. fungitū donis, grauius pīnēti a Deo. Itē quia in eo maius trahit exemplū, & maior datur alijs audacia delinquendi: & sic in se, & aliū delinquit, & quia delicta sua magis nota sunt, quia plurib. patent. De hac materia per Iaco. Bel. in 1. psby-teri. C. de epi. & cle. per Cy. C. de sim. Tri. l. nemo. De hoc. 1. q. 3. saluator. 5. q. vlti. psbysteri. de trāla. plato. c. fi. in ult. gl. de hoc de sta. mo. ea. quā sup. in gl. & vide in Spe. de accus. s. 2. loco. in 8. fi. ¶ Oppo. qm non sit necessaria absolutio: quia iūrādū non est

non est obligatorum. Solu. Intellige, quod absoluat ad cautelam: quia iurum non est vinculum iniuritatis. 22. q. 4. inter cetera. Et ultra hoc dicit Petrus, quod inquantum sunt obligari ad exhibenda necessaria, sunt appellendi: in quantum appelluntur eis reuerentiam, & necessaria ministrare: vt C. de parria p. o. l. filii. & ubi p. o. de I. qui admodum. Recitat Inn. hic aliquos dicere iurantem de here obseruare iurum, donec absoluatur: quia talis iurum potest seruari absq; detimento salutis. Superior tamen potest, & debet relaxare: quo factio libere potest loqui. Sed monachus, de quo loquitur decret. 3. prox. p. r. ex iurum non potest exire claustrum sine superiori licentia, fin. Inn. & remittit ad no. de elec. venerabilis. Dicit tamen Io. An. qd; hanc absolutionem poterit facere episcopus, ex quo non referatur Papa: de sen. excō. nuper. Quod puto, quia iurum habet in se aliquam turpitatem, per no. in c. debitores. s. eo. Credo, qd; inquantum iurum dirigitur ad non loquendum patri ex indignatione, vel quia non velit præbere officium charitatis: quia hoc non est obligatorum, nec eget absolutione: quia militat contra charitatem. Idem si iurum ex indignatione sic præstaretur de extraneo, vel alio sanguineo: quia debet fratri suo quam citius recociliari: quia ex hoc nutrit, & sufficit se ad tenendum odium faciet inquantum præstaretur ex alia causa iusta: ut quia forte locutiones illius essent corruptibiles, iurum est absolucionis, & non absoluatur: in dubio iurum non habet bonū aspectū, idēo licet sit obligatorum, sit absolutionis, ut hic. ¶ Quid autem dicatur iurum illicitum, & quibus modis, vide. 22. q. 4. In summa. Ex hoc deciditur dubium de eo, qui iuravit non fideiubere. Quidam dicunt iurum illicitum: quia potest quis iurare pro utilitate proximi, multo fortius propria. Ad hoc, quod no. Archi. 22. q. 1. non est. Sic recitat Io. An. Lau. testis, & tenet de fo. comp. cum C. laicus. l. 6. & ipse remittit ad scripta per se in Spec. de iure iurando. post prin. lbi lo. And. dicit, quod si falsus proximi periclitetur ex non fideiussione, & non tenetur ad obseruariam iurum: quia uel hic casus excluderetur a iure, uel si uoluit, quod si intelligatur, est licitum. Et sic dixi de facto magistro cuidam Parmensi, qui iurauerat de non fideiubendo, & dum essent expulsi complures Parmenses ab illo malo homine Ottone bono terzo, & multi trucidati de parte illorum de Rossis uenerunt ad fratariam, & non poterat super utensilibus habere fideiussores: magister autem iurauerat non fideiubere: dixi, quod hoc casu currente non ligabatur: & feci ad cautelam ipsum absoluui.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramentum monaci claustrum abiuans non valet.*
- 2 *Professionis voto quis obligatur ad stabilitatem claustrum.*
- 3 *Iuramentum secundum contraria procedens votum non valet.*
- 4 *Iurans temerariè peccat & ei gravis paenitentia iniungitur.*
- 5 *Iuramentum non excusat a temeritate.*
- 6 *Dignitas priorum non liberat a monachatu.*
- 7 *Iuramentum clericorum, per quod intendit se a beneficio excludere valet.*
- 8 *Monachus quomodo possit se a claustru suo abdicare.*
- 9 *Iuramentum monachi præstitum ante professionem an sit seruandum.*
- 10 *Monachus non potest uouere absque superioris licentia.*

C A P . XIII.

Icūt ex literis. ¶ Non valet iurum monachi claustrum abiuans: & sibi de hoc gravis imponit paenitentia. b. d. Cōis diuisio. Secunda ibi respondemus. ¶ No. quod ad stabilitatem claustrum: quis professionis uoto obligatur. ¶ No. 2. qd; fin. iurum contra procedens uoto non valet, tanquam, quod non potest seruari abique interitu salutis aeternae. ¶ No. 3. quod temerarium iurum non est obligatorium. Et no. qd; peccat temerariè iurans, & ei de peccato est gravis paenitentia iniungenda. ¶ No. 4. qd; iracundia in præstatione iuri non excusat iurum a temeritate. ¶ No. 5. qd; dignitas prioratus non liberat quem a monachatu, quia ut prius remanet monachus. nam hic appellatur prior, & monachus. ¶ Opp. quod iurum hic sit seruandum a monacho. s. de renū. ex transiſla. & c. quod in dubijs. qd; metus causa. ad aures. & c. ad audiētiam. Solu. Dicunt qui dam, qd; licet iurum non prejudicet monasterio, quin possit repetere monachū, ipsi tamen p̄iudicat, qui p̄stitit, in tamen, qd; non potest repetere monasterium. Sed hoc non placet Inno. quia illa iura loquuntur in clericis secularibus, qui habent libertatem se excludendi a beneficiis suis, quo ad suum p̄iudicium: haec in monachis, qui non possunt se liberare a seruari claustrum, ad quam se uoto adstrinxisse cōsentunt: & clerici possunt cedere ecclesijs, monachi autem non possunt esse sine claustrō. 15. q. 1. si cupis. & c. placuit. Vnde nunquam debet abbas dare literas absolutionis monacho suo, nisi prius habeat aliud monasterium paratum. sed tunc bene licet, quo factio nihil habet commune cum monasterio. 19. q. 3. statuimus. 63. d. c. 2. 16. q. 1. si quos & c. seq. 16. q. 2. si quis iam translatus secundum Innoc. Dicit tamen Hostien. qd; hoc male de facto seruatur. Idem no. de renū. cap. fi. & quod non de regula. cap. fin. Propter delictum tamē bene dicitur

monachus a monasterio: vt no. 5. de off. ord. quanto super glo- hoc patet, & ponitur pena reclusionis in ergaculo. Ad quod 8 de regula. c. fi. de simo. dilectus, & c. qd; & c. veniens. ¶ Oppo- quod non obligatur iuramento abiurans claustrum, cu pos- sit esse extra claustrum. s. eo. ex rescripto. So. Monachus non po- test claustro renuntiare, nisi obtinet maioris religionis. Qd; dic, vt j. de regula. & ad tps. abbate imperante, & ex causa utili monasterio: & tunc valeret iurum: vt s. eo. ex rescripto. fin. Hos 9 & idem in cauſe vel mo. c. 2. lib. 6. ¶ Quid si hic ante pro- fessionem præstitisset tale iurum, an esset obligatorium? Dicit Io. An. quod non, quia iuravit sine causa, & calore iracundie, & sic iurum non habuit discretionem, nec comitem discretio- nis, nec iustitiae. 22. q. 1. & iurabunt. 2. q. 2. aſſuertendū. Secus si ex causa, & cum deliberatione iurasset, pura qd nunq; intra- ret domū talis mulieris, quam turpiter adamabat: nā est seruan- dum, licet a talibus iuramentis sit abstinentia: per id, quod h̄ de cohabiti. cler. & mulie. clericos. & c. sicut subtilitas. Solu. Quia hi volunt calore iracundie iurum præstitū non esse obli- gatorium, licet licitum sit, quod iuratur, & possit saluari sine interitu salutis aeternae. Summis tēciter dicunt iuramenta esse seruanda, si licitum comprehendant: licet patent hoc tutius. Satis puto, quod si calor iracundie fuit tantus, quia illud deli- berare non fecisset, quia hic uoluntas non est discreta, non sit obligatorium: vel si est de facili, est per cpm commutandum. 10 de quo per Ray. in Summa de iuris, circa prin. ¶ Op. per glo. quod licet ab iurare. de regula. licet, & de renū. admoner. Sol. Potest de licentia superioris, vt ibi, subaudi, & cum causa legitima, sed non sine superiorum licentia: uel sine causa, vt hic: nam, ut dicit Io. An. Nec uouere potest monachus absque superioris licentia. 20. q. 4. monachus.

S V M M A R I V M .

- 1 *Vasallus, qui iuravit prelato, a successoribus iurare non compellitur. 6.*
- 2 *Iuramentum præstitum ratione dignitatis ex parte, cui præstat, reali- ter intelligitur, & transit in successorem. 3. 6.*
- 4 *Rex Sicilia non solum debet fidelitate, sed et homagium Romanæ ecclesiæ.*
- 5 *Iuramentum, an debeat iterari quo ad successorem, si prælatus iurauit se mel prelato siueenti.*
- 6 *Recognitio facta pari cum iuramento, an transeat in filium.*

C A P . XIII.

Eritatis. ¶ Vasallus, qui iuravit prelato, successorib; iurare non compelli- tur. h. d. Consultatio & responsio. Secunda ibi: re- spondemus. ¶ Nota literam allegabilem pro sim- plicitate. ¶ Nota, quod iuramentum præstitum ra- tione dignitatis ex parte, cui præstat, realiter intelligitur, & transit ad successorem in dignitate illius, cui præstat, & illi obligat, ac si illi iurasset. ¶ No. ar. quod iuramentum sub no- mine dignitatis præstitum, non est iterandum ad successorem. secundum Inn. sed secundum intellectum gl. probat contra- riū: quia licet iuramentum transeat, nihil minus est iteran- dum, nisi ad hoc habeat priuilegium absolutionis, alias priu- legium nihil operaretur. ¶ Nota quod regnum Siciliae non so- lum debet fidelitatem, sed etiam homagium Romanæ eccle- siae. Ad hoc cle. pastoralis. versi. verum. de re iud. ¶ Quero, an si prælatus iuravit a licui successori prelati, iterato teneatur iterare iuramentum, si semel iurauerit prelato. Dic, quod no, ita quod hic dicitur in hærede, habeat locum in successore. 6. ¶ Op. gl. quod teneatur iterare successori iuramentum. 12. q. 2. sepe. & c. longinquitate. Dic, quod iurare debet successori, licet iurauerit predecessori recipienti pro se, ac successorib; nisi habeat aliam indulgentiam, & hic non compellitur iura- re, quia indulgentiam habeat ad hoc, postea gl. residet, quod etiam sine indulgentia, ex quo iuramentum sic est præstitum, quod comprehendat successores, non compellitur præstare iu- ramentum ipse, uel successor, qui semel iuravit: quia hoc iura- mentum est superfluum, ex quo ad successores transit. Dic, si quis iurat alicui fidelitate personaliter, & hoc constat: & tunc teneatur iterare iurum successori: quia ad illum non se extendit iurum. Et sic debet intelligi rex. s. alle. f. s. præterea, & sic eum in- telligit Gof. si iurum est præstitum realiter, & expresse, vt ea spe- cificè iurat prelato, & successorib; suis, adhuc non est iterandum iurum, quia hoc iuramentum, vt reale, transit ad successores ex parte illorum, quibus præstat: unde cum non sit iterandum, nisi ex necessitate non est iterandum. j. e. & si Christus. Et hoc verum in fidelitate, & alia quacunq; materia, vt in vasallo, & li- berto ecclesiæ. Faretur, quod licet non ardentur ad repentinū iurum, arstantur tamen ad renouandum, ne contingat, quod pereat memoria contra dictus: vt d. c. longinquitate. & de præca. c. 1. Si autem iurum est simplex, & nulla sit mentio de successoribus, tunc in his, quorum natura est, ut teneatur, ita successoribus, sicut aliis, ut in fidelitate, quæ debetur papæ, & episcopis, & ita vni sicut alij, adhuc iurum non esset iterandum, quia transiret ad successores. Si materia est alia, ad quam non teneat natura- liter,

Anto.de Butrio super ij. par. ij. Decretal.

liter. & in quibus ecclesia non fundat intentum de iure cōi, vt in libertis, qui naturaliter noscuntur liberi. Insti. de liber. §. i. de n. ius ex libo. ven. c. vno. ideo posset ēt longinquitate tuis ius sumum amittere: & tunc qā iūrū est simpliciter præstitum, est iteradū in personam successoris, nisi aliud hēat priuilegiū, vt hie. & l. imperiale. & sic de facto seruat, sicut seruat ēt hic in rectoribus. Per quæ dicit hic Host. rutius esse, qā platus suscipiendo iūrū nullam faciat intentionem de successorib. si tñ sit contentio inter eos, s. sub qua forma sit dicens formam, quod cum' successoribus habet probare; quia ei, qui dicit, incumbit probatio. s. de proba. ci. qui. p. m. Host. Aduerit tñ qā licet iūrū, cui præstatur posset esse reale: ex parte præstantis s. est personale, & obligat ex vi iuramenti ad perjurium solum iurantem, & non haredem, vel successorem: nam quāvis peccantem ex parte obligantis possit esse reale. s. de pac. iuregentium. §. paectorum. iūrū tamē est personale, & non trāsit effectualiter ad personam h̄dīs. s. de pacis. l. & heredi. Et hoc tenet Bar. in q. dominicali. 38. Bononienses iurauerunt pacē. Ad quod Frede. suo confi. 257. Nam p. m. Host. licet in obligationibus spiritualibus honestum sit, quod filius sequatur voluntatem patris, non tamē est necessarium. de desp. impub. c. 1. de se p. de vxore. & c. presentia. Vnde nunquam heres iurius erit ex iuramento primo, nisi & personaliter iuret. s. co. cleris. 1. q. 4. itaq. & c. seq. ad hoc spon. cx literis. 2. & quod no. de sepul. c. fi. in fi. Et est ratio diversitatis, quare est reale ex parte tui, & non ex parte præstantis, quia obligatio propria, & personalis potest extendi ad quæcunq; vult ipse se obligans, & iurans: quia ita illi, sicut illi possunt se obligare: sed ex parte præstantis, si successor obligatur, agitur de obligatione nō propria; sed aliena: & quis potest, prout vult, se obligare: sed aliam alterius non potest ipse alter illaqueare absq; illius consensu, de cuius anima periculo agitur: in pena spirituali non nocet factum patris filio, nec hoc respectu potest obligare, ut patet in regula, sine culpa, cum ibi no. de reg. ii. li. 6. Vnde licet successorem obligare possit temporaliter, vt C. ut acti. ab hære. & contra hære. in rubro, & nigro, non tamē spiritualiter, vt est dictum. Prædictis non ob. de elec. qualiter. quia uel ibi factum narratur, uel loquitur de non iusfallis, uel qā successoribus, uel ecclesiæ non fecit iuramentum, ut dixi. in quantum iūrū personale ex parte præstantis esse reale, & perpetuum intellige uerum, nisi effet respectus, cuius prætextu iurauit: ideo si tanquam canonicus iurauit, si post ea renuntiavit, uel cedat canoniciatu, licet etiam poesta restituatur, non obligatur ex viribus primi iuramenti, ut not. de elec. uenerabilem, & not. de no. ope. nun. c. 2. de simo. ex insinuatione. de renun. cum inter. cum limilib. & hoc tenet Fred. suo confi. 257. vbi clare sic deci dit, & declarat.

S V M M A R I V M .

- 1 Absoluere solet ecclesia a iuramento metu extorto.
- 2 Metus quando datur iustus.
- 3 Iuramentum meticulosum habens annexam voluntatem obligat. §.
- 4 Metus quomodo enervat contrarium. nu. jeq.
- 5 Absolutio quare sit petenda pro iuramento, etiam illico.

C A P . X V .

- 1 **E**rum. ¶ A iuramento per metum extor. to ecclia foler absoluere, & eius trāgressores, ut peccantes mortaliter nō punire. h. d.
- 2 ¶ Not. iustum metum adesse ubi præstatur pro uita conseruanda, & rebus, seruandum, id est, maiori partii bonorum, quod metus causa. abbas. ¶ Not. 2. quod iuramentum meticulosum nihilominus, ut habens annexam voluntatem, est obligatorium, & indiger absolutione. ¶ Nota quod hortandi sunt sic iurantes ad obleruatione. & si non absolti, non seruauerint, non sunt, ut pro mortali puniendi.
- 3 ¶ Opp. quod non indigeant absolutione, qā aetius factus coactione præcisa est nullus. quod metus causa. c. fi. de baptis. maiores. l. di. presbyterum. So. Dicit Gof. literam intelligendam de coactione conditionali: si autem coactio est præcisa, nō uidet, quod effet absoluuntur, quia non obligat. lo. An. dicit, quod non uidet quo quis cogatur absolute iurare uerbaliter: sed manuū porrigendo bene possit cogi, delato iuramento a cogente. Vnde per hoc ille qui Secundus uocabatur, qui propter casum matris loqui solebat, scripsit in tabula, dum a rege compellereetur: Vociis mee, nulla tibi p̄t data est. ¶ Opp. quod non absoluuntur, sed compellantur seruare iusta: de resti. spoli. accepta. & c. solite. Sol. Si metu, qui cadere possit in constantem, prestatuerunt, sunt absoluendi, vt hic. Secus si unus fuerit metus, ut in contrario. Et dicit hic lo. And. metum etiam cadere in constantem, ut quando est omnium bonorum, uel maioris partis, de resti. spolia. frequens. lib. 6. ¶ Opp. quod nō sit necessaria absolutio, ut patet. s. eo. si uero. & quod ibi not. Solu. Dicentes iuramentum non obligare respondent, quod absoluerunt de facto: dicentes oppositum dicunt, quod abs-

nerunt de iure. Glo. dicit, p̄ tenentur seruare talia infamēta, & ad hoc sunt obligati, & adstricti: sed si non sunt absolti, & non seruent, non sunt tanquam pro mortali puniendi: qā metus attenuat delictum. Hoc sequitur lo. An. Et dicit ecclesiā hoc statuisse in reuerentiam iūri: qā licet in ueritate non obliget, si fortē is, qui præsttit, non intendebat obligari, sed solum tempus redimere, & euadere, ecclesiā statuit in reuerentiam iūri, quod seruetur, ac si obligaret: quasi velit litera hic ostendere in hoc fortitudinem iūri. Ad quod. §. c. 1. & c. debito. de elec. uenerabilem. ad fi. p. m. Host. non obligantur tamē p̄ traueniendo, nec puniuntur tanq; pro mortali, sed tanq; p̄ ueniali. p. m. Tan. Gut. Na. Hosti. autem tenet hic gl. & sic iste finis intelligetur, qā absolutio non intercessit: lo. Cal. in c. si uero, tenet quod p̄ uentione obligetur ad mortale, licet non puniat, ut pro mortali, uel directo perjurio, & sic mortalis alienat poena talis, & quod obligetur ad mortale p̄ ueniens. Sequitur Arch. post Tho. 22. q. 1. habemus. & 22. q. 4. inter cetera. & 15. q. 5. authoritatem. quia iurando non p̄t interuenire absolta coactio, sed conditionalis: & quis debet potius omnia malapati, quam malo consentire, ut ibi not. Lau. & Arch. de pat. q. 5. amuis. lib. 6. Cum hac declaratione debet intelligi gl. sequens, quā dicit, iuramentum per metum extortum parum obligat.

S V M M A R I V M .

- 1 Iurans stare mandato alicuius, quando iuramentum debeat.
- 2 Inuiae verbales causant quandoq; graues inimicitias.
- 3 Iuramentum de parendo mandatis ad que extendatur.
- 4 Verba relata ad arbitrium tertij reducuntur ad boni uiri arbitrium.
- 5 Mandatum, quantumcumque generali, non continet illicitum.
- 6 Verba non obligant ad que si specificè foret quæstum, non uerisimiliter se obligasset.
- 7 Iuramentum secundum non ualeat contra primum.
- 8 Iurans filiusa. in studio existens non extrē locum, donec soluto debito, an si pater eum reuocet licentia creditoris quæsita, & non obtenta, si periuersus.
- 9 Pacta nouissima illicita non derogant prioribus.
- 10 Inuia potest nudo pacto remitti.
- 11 Mandatis tertij iurans parere, si præcipiatur, quod palatum non ingrediatur, an ualeat preceptum.
- 12 Iurans palatum non ingredi, si perducem uocatus ingrediatur, an periuersus sit.
- 13 Inuia per testamentum remissa, si reconualescat testator, an possit de inuia agere.
- 14 Iuramenta solus papa relaxat, & interpretatur.
- 15 Aduocatus præstans iuramentum duabus ecclesiis, si postea litigent inuenient potest patrocinari pro prima contra secundam.
- 16 Sententia arbitrii lata non recurritur ad boni uiri arbitrium.
- 17 Iuramenta quando intelligantur, secundum intentionem iurantis, uel suscipiuntur.
- 18 Iuramentum non extendit ad ea, quæ iurans non est uerisimiliter cogitatur.
- 19 Renuntiatio generalis non trahitur ad ea, quæ ipse renuntians non esset uerisimiliter facturus.
- 20 Laudum potest peti reduci ad boni uiri arbitrium.

C A P . X V I .

- 1 **E**niens. aliiquid præcipit p̄ iūrū, p̄ me prius licite factum, illud seruare nō teneor. h. d. In prima ponitur q̄rela impretratis. In scđa prouisio, ibi: verum quia. ¶ Not. qd ex uerbis aliquā incurruunt graues inimicitiae, & ēt ex inuirijs uerbalibus. ¶ Nota, quod iūrū de parendo mandatis alicuius, non extenditur ad non uerisimiliter intentum iurantis, quantumcumq; uerba sint latā, & ad illud ualeant trahi. ¶ Not. 3. q̄ verba q̄tumcunq; lata relata ad arbitrium tertij, cū proferantur sub quadā confidētia legalitatis, & bonitatis eius, in quē promittunt, si oppositū reperitur, reducuntur ad arbitrium boni uiri, si postea est. ēt fallit cōfidētia: iō puto, quod si compromitto in aliquā, ut possit ēt enopmiter ledere: & cum h̄c uerba dicā sub cōfidentia, quod iuste agat, si oīno irritationabili me enopmiter ledat, potero petere reductionē ad arbitrium boni uiri. dicā: j. e. Quintauallis. ¶ Not. q̄ a quolibet ḡnali iūro de parendo censet exceptum illicitum, & q̄ obviat primo iūro. ¶ No. ar. quod secundum iūrū non ualeat p̄ primū, & ualeat p̄ promissiōnem: nam hic interrogatus fuit de promissione, & r̄ndit de iūro: p̄ primū ergo vult in promissione de præsumptio. nonne. 6 25. distin. qualis. ¶ Not. quod uerba generalia non obligant etiam iurando, ad quæ si in specie foret quæstum, non uerisimiliter se obligasset. ¶ Oppono, quod siue iuramento, siue simplici promissione foret obligatus, non arctat, secundum iūrū, etiam contra simplicem promissionem: quia & simplici p̄missione est obligatus quo ad Deut. 22. q. 5. iurati: de pac. c. 1. 12. q. 2. quicunq; suffragio. Inn. dicit hic, quod si sub debito iuramentū

iuri est preceptū aliquid, q̄t obuiet ēt solenniter promisso pri
mo, obseruandum eit iurū. & aliter satisfaciat de promisso, p
hanc l̄am, quā dicit de iufo, & tñ. s. fecerat mentionē de pro
missō, de pr̄sumpti. nonne. Host. dicit: quia si aliquid licitū
promiserat quo ad Deū ēt obligatus, & seruandū est, ac si iurā
ser: ut d.c.iufo. Mandatū ergo de illo non obseruando eit con
tra Deū, & sic contra ius, & quia non debet pr̄sumi, qđ iurā
do hoc senserit. Itē quia non ēt p̄cedendū mandatū fieri pos
se, per quod derogetur iuri alterius: quia nec mandatū Papæ
ad talia se extenderet. de offi. deleg. super eo. ¶ Non oblit. quod
dicit Inn. cū debere satisfacere aliter de promisso. Nā si caprā
promissam soluere possit inuito creditore, non posset soluere
bouē. ff. si cer. pe.l. 2. & l. cū quid. Inst. de actio. §. itē si quis. Item
pōt ēste tale promissum, qđ adimplere aliter non pōt nisi fer
uet p̄missum: ut si promisit cū Berta ḥere, mandatur ne ḥat,
certe non ualeat mādatū: quia & si iurā expresse aliā ducere,
primā fidē irritā facere non pōt. de sponsa. sicut. Dicit ergo ta
lia mandata intelligi de mādatis licitis, ut dicā sup gl. Puta, qđ
si prima p̄missio obligat p̄cise, ut quia sit obligatio dādi, non
arctet ad p̄ceptū secundi iurū, nisi pars de alio, preventet i implē
do cui primo p̄misit: sed si ēst obligatio nō p̄cise, ut in obli
gationibns facti, in quibus quis p̄cise non obligat ad factū, sed
ad interesse, tunc quia pōt implere primū, & p̄m faltē specificū
iurū ad hoc obligaret, licet non forte generale, vt si primo vni
p̄missi tradere rē, postea secundo iufo alijs tradere, primū possū
seruare, & p̄m. in primo soluendo interesse, & scđo auctū implē
do. Et puto, qđ hēc fuit mens Inn. quod secus sit in hoc in iuris
ut hic operet iurū, ut p̄cise, qđ iurat implere tenet. Qđ ēt no
tabile. Et sic in obligationibus iuratis quis pōt p̄cise sp̄elli ad
factū, qđ no. quia limitat scripta in l. stipulatiōes nō diuidunt.
de uer. ob. & maximē cū iurū habeat c̄am in se, vt omni me
liori mō, quo p̄t, obliget. l. cū p̄. & filius. de leg. 2. Dicit tñ Inn.
& sequit. Host. qđ si non in ḡne, sed determinate aliquā certū iu
rē, hoc iurū in consilio anima, recepit interpretationē p̄m bo
nā, sanā, & non fraudulentā intentionē iurantis. j. eo. qđto. &c.
ad nr̄am. 2. In iudicio vero fieri interpretatio p̄m ius. j. eo. venie
tes. ¶ Ex hoc decidit qđ, quā disputat Frede. suo ps. 186. An si si
liusa. in studio iurauit non exire locū non soluto debito, an si
pater, vel ep̄s eū reuocet, & exeat quā sit licentia creditoris, &
non obtenta, sit piurus. Et p̄cludit, qđ non, primo in patre: qā ex
pr̄cepto nāli & diuino iure obligatus est parere p̄i iō non de
rogat illi scđo iufo. Ad hoc. C. de patri. po. per totū. de his, qui
sunt sui, vel alieni iuris, per totū. Itē quia tale iurū intelligitur
saluo iure p̄ris. de iure iurā. cū p̄tingat. eo. ti. qđto. & c. ueniētes.
Itē quia licet prima obligatio non sit iurā, sūficit, qđ ḥuēti
illaqueat ad peccatum: quia p̄m iurū ad oppositū non pōt
trahi absque pr̄iudicio salutis. eo. ti. qđto. de sponsa. sicut ex li
teris. no. ad hoc, qđ dī de voto non ualente absque consensu pa
tris. ff. de pollicita. l. 1. 22. q. 5. pueri. & c. paruuli. & q. 3. tribus. Et
licet hēc capitula loquuntur de paruulis, idem quod no. de vo
to. scriptura. 22. q. 2. mulier. in gl. pe. & fi. Ad hoc, qđ dicitur de
actione iuriarum, quam pater non tollit. ff. de pac. l. 1. §. vñq
deo. Itē ad hoc, qđ dī de incurrente cautione, de sen. excō. mu
liceres, quia non arctat ire ad curiā ad pr̄iudiciū patris. 3. 2. q. 7.
mulier. 33. q. 5. manifestum. cum si. adducit, qđ de ordine dī de
tra. & qua. indecorum. ut non pr̄iudicet patriē potestati. Item
quia non est verisimile noluisse pr̄iudicare patri. Idem dicit
si reuocet ep̄s: quia si iussus paternus hoc operatur, fortius ius
sus ep̄i. Item quia plus iudicii, quam patri arctatur parere. ff. ad
Treb. ille, a quo. in fin. & l. nam quod: Itē quia a quolibet iufo
intelligitur excepta auctoritas superioris, etiam alterius, quā
Papæ in quantum iurat circa tangentia ius superiorum. j. eo. ve
nientes. ubi per doc. de cle. non res. c. antepe. & ult. per Inn. de
dolo. ueritatis. no. de hereti. c. fi. 15. q. 6. p̄ceptū. Ad hoc. ff. de
his qui no. infā. l. furti. §. qui iussū. Hēc uera intellige, nisi fra
ude procurauerit reuocari. Ad hoc de offi. dele. pastoralis. in fi.
de uer. sig. c. fi. lib. 6. ff. ex qui. cau. ma. l. qui data. ff. qui satis. da.
cog. l. fi. ad hoc. & de app. ad hēc. 2. Non ob. de appell. signifi
cat. & quod ibi no. Ho. quod ubi iurans soluere debitoti, non
excusat, licet ille sit accusatus, & iudex pr̄cipiat ut non sol
uat: quia ibi iussū fuit iniustus, cum accusato possit solui. de
solut. l. reo. & sic iniustitia processit ex parte iudicis. Imputan
dum est ergo, si non appellauit. Sed hic nulla iniustitia est ex
parte ep̄i pr̄cipientis seu reuocantis, ex quo subditus ius est.
¶ Opp. qđ p̄acta nouissima sunt seruāda. C. de pac. l. pacta. Dic
illud, quando sunt licita. hic illicta erant pro prima. Itē illud
inter eosdē non inter alios, quibus non pōt pr̄iudicari, ut hic.
¶ Quero an iurato de parendo mandatis iniuriati possit ali
quid ab iniuriato pr̄cipi. Dicit tñ. And. quod consuetudo in
terpretatur quod sola prestatio iuramenti habetur pro satisfa
ctione. Ad hoc. j. eo. Quintauallis. Quod uerū est, nisi tanta sit
iniuria, quod maiori p̄cēna sit puniendus. Qđ relinquit Vinc.
arbitrio dicti iudicis, p̄m Vincen. & idem Innocen. & Hostien.

dicit, quod quācūq; sit iniuria, iudex debet cōtentari de co
quod pars contentatur. Nam p̄ nudum pāctum remittitur in
iuria. ff. de pac. si tibi decē. s. i. de pig. acī. si ratio. §. pe. ¶ Qđ Qu
ro, an si pr̄cipietur ne in proprijs causis intret palariū, valeat
pr̄ceptum. V̄ quod sic: quia p̄t per procuratōrē litigare: imo
causa honoris hoc mandat ep̄o. 3. q. 3. quia ep̄s. Dicit Host. ēt
tale mandatum corrigendum, tum pp onus expensarum, vt in
auth. v̄rab illūtr. in princ. I. um. pp in tractionem negotiorū.
ff. de procu. si actor. & pp causarum arduitatem. de procu. que
relam. p̄m Gof. Nam dicit Host. magis est quis curiosus in fa
cto alieno, quam in proprio. §. de viu pal. nisi. C. de seruit. l.
p̄f. & Quid si dux itū vocāllē ad palatiū, an dīt ire non
obstante iufo: Dicit Io. And. quod hic casus debūsset excipi:
quia per iuřm suum non potuit a se abdicare iurisdictionem
ducis. Ad hoc. s. e. sicut. & quod no. de ap. cum parati. in parte
secunda. & forte hic crediderunt includere, quasi specialis vo
catio fortius excūfēt, quam gnalis. de cle. excom. mi. p̄posuit.
¶ & patet in antiqua, & hic in it. Quid de illo, qđ iurauit in testō
super iniuria, quam remisit, an si postea quālescat, possit agere
de iniuria? Vide in q. dñicali. 13. & vide Io. An. in Spe. in §. nūc
aliqua vero, post ver. item pone cū quidam. ibi Io. An. tam in
senatore, qui remisit v̄suras, qđ ēt in remittēte iniuria, tenet qđ
non possit amplius redire ad repetitorem: qā renuntiatur, &c.
de renun. extra missa. cū si. & in s̄p̄l. idem no. de v̄sur. qđq. lib.
6. super gl. nomen. ¶ Ultimo est hic arg. in fi. quod solus papa
relaxet, & interpretet iuřa. Ad idem de elec. venerabilē, in fi.
¶ & de hoc in c. p̄cedenti no. s. c. i. & c. debitores. Item inducit
ad qđnem de aduocato, qui duabus ecclesiis est iuratus, & il
le in uicem litigant, qđ teneat iuare primam. Ad idem. j. eo.
cām. re. p̄m Gof. ad hoc, qđ no. de poiu. c. fi. super ultima glo.
¶ Venio ad gl. op. quod non debet hoc dītum ad arbitriū
boni uiri reduci: vt l. diem proferre. §. stan. ff. de arb. vbi dītō
arbitri statut, si sit equum. So. Contra p̄cedit in arbitrio, hic in
arbitratorib. i. cum talibus compōsitoribus: quia iue p̄ponen
do, siue laudando iniquē arbitrentur, reducendum est ad arbi
trium boni viri. Et quod fuerunt arbitratores, dicit Host. pate
re ex verbis compromissi: quia iuārunt stare mandato: nō di
xit s̄nīc, qui reprehendit illos, qui dīt per hanc decre. quod in
causa propria quis non p̄t esse arbitrator, sicut non p̄t esse iu
dex. C. vt nemo in causa propria, quia hoc hic non probatur,
cum non fuerit in partē p̄missum, sed fuit in tertios com
promissum: ut patet ex litera. De mā in decre. cām. s. de elec.
¶ Op. gl. quod iuā non interpretentur, p̄m intentionē iu
rantis, fed p̄m intentionē recipientis. 3. 2. q. 5. quācūq; arte. Gl.
remittit de reti. spol. ex literis. Io. And. remittit pro solōne ad
§. ex his. c. q. Dic si mens suscipientis est certa iuři, debet intel
ligi iuřm, p̄m intentionē suscipientis: si non est certa iuři, tunc
p̄m mentem verisimilem iurantis intell'r, & non p̄m mente m
non verisimilem suscipientis. Intell'r ergo, p̄m quod cōiter
intelliget. ¶ Quærerit gl. an per iuřm possit p̄cipere, vel vt ce
dat bonis, uel ut donet bona sua. Gl. dicit, quod non: qā iuřm
non extendit ad non veritātē cogitata. j. eo. Quintauallis. &
deci. ex multiplici. cum si. & quia verba iuři ciuili modo sunt
intelligenda. ff. de serui. rusti. p̄ad. l. si cui. Dicit Io. An. quod
s̄p̄l. est qđ dñicalis. 26. qđ recitauit hic Gul. de clericō, qui iu
ra uirū stare mandato ep̄i, qui p̄cipit ei, quod beneficio renun
tiaret, & quod non appellaret: & soluit p̄cepto ēt non obſta
te, illum appellare posse. Sed est dubium, an credatur dītō as
serentis se talia mandata fieri non cogitasse. Dicit hic Inn. qđ
non, dum mō p̄ceptum non excedat culpam: sed dēt ēt cōis
opinio, & p̄sumptio, qđ si credidisset hoc mandatū sibi fieri,
nullo mō iuřm p̄st̄tis: ar. j. eo. petitio. C. qđ res. pig. ob. pos.
ob. p̄one. & l. deniq. ff. de flu. l. i. in princ. ad hoc de arb. c. 2. Vñ
dicit Vin. quod p̄cipere possit quantum est uera estimatio in
iurie. 17. q. 4. uxor. iuſus. n. interpretatur hēc iuſa. 2. 2. q. 2. negs.
dicit. n. consumptum ius iorum, vt iterum mandare nō pos
sint ff. de ope. lib. l. si libertus. & l. seq. ff. de opt. leg. l. apud Auſ
diūm. dum mō tñ non errauerit credens fealiud p̄cipere. ff. de
arb. quia arbitre. vbi de hoc. Quid si mandatū non repugnet
iuřo. Gl. dicit, quod seruāda est, cum seruari possit sine inte
ritu salutis ēternæ. s. c. si verō. Dicit tñ. gl. quod si ex mandato
enormem lāsonem pateretur, obtinebit relaxationem iuři. s.
quod met. cau. abbas. 22. q. 4. §. illicitum. ¶ Not. remedium q
ista iuřa, quā apponuntur in laudis, & contractibus: quia si re
pertiar enormiter deceptus, licet alias cēsset dolus, vel alia
turpitudo, quod potest petere absolui a dītō iuramento: &
hoc, quia talis enormis leſio habet in se p̄sumptum dolum.
Quod bene notabis. dicān. j. eo. Quintauallis.

S V M M A R I V M .

1. Iurans defendere ecclesiam, & requisitus sine iusta causa recusat, periu
rus est.
2. Iurans potest requiri, ut iuramentum impleat.
3. Iurans excusat, ut iuramento p̄ciso ratione difficultatis.

Anto.de Butrio super ij. par. ij. Decretal.

- 4 Appellatio quare non excusat aduersus iuramentum.
 5 Impedimentum vel difficultas non excusat a pena.
 6 Defensionem promittens, an non requisitus teneatur ad defensionem.
 7 Advoctatus, qui tenetur defendere, an teneatur ad defensionem iniustam.
 Vafallus, qui tenetur ad defensionem, an ad illam sit obligatus non requiritur.

C A P. X V I I.

- R**euli. ¶ Si iurans ecclesiam defendere, reperiurus est, nec appellatio eum defendit. Communis diuisio. Secunda ibi: respondemus. Nota, quod aduersus promissionem propriam, & iuramentum, non excusat appellatio. ¶ Nota secundo, iurantem posse requiri sub debito iuramenti, ut iuramentum impheet. ¶ Nota, quod a periuero excusat impossibilitas, vel difficultas implementi eius, quod est iuratum, excusat etiam legitimam causa: & sic a iuramento preciso censetur exclusa difficultas, & excepta impossibilitas, & quacunque alia legitima causa, quod nota. ¶ Quero de causa quare non valet appellatio. Dic secundum Ioann. quia appellatione non potest impediri, quod a perpetuo edito fieri percipitur, ne in vanum Dei nomen afflatur. 22. q. 5. quacunque. Et licet secundum tempora istius decret. admitteretur appellatio sine grauamnis expressione, id verum quo ad hoc, ut eximeret ab obligatione: si tamen pene appellatione ab ea defensis patrocinium praestet, interpretatione benigna dici possit periurium incurri. ff. de bonis lib. l. qui cum maior. §. accusare. secundum Goffred. ¶ Glos. colligit quod difficultas excusat a periuero, & necessitas. alleg. iura. ff. de verbis. obligat. l. continuus. §. illud. Solut. Non excusat a poena conuentionali, vt ibi: sed bene excusat a poena periuiri, vt hic. Dama. hic dicit, quod si casu est impeditus, non incidit in poenam: secus si per hominem. ff. ad legem Aquil. proinde. & l. si seruum in f. lo. And. remittit de pign. significante. & in regula peccatum. de reg. iu. lib. 6. & quod ibi nota. super 1. glos. Dicit Bart. quod si poena uenit committenda ex conditionis eventu, difficultas non excusat a poena. ff. de uerbo. obliga. l. in illa stipulatione, ut quia obligatio incipit a precedenti conditione, puta, si tibi non dederis Stichum, dabo Pamphilum intra Calendas. difficile est mihi dare Stichum committitur poena, si poena uenit committenda ex mora: quia incipit a precedenti dispositione: tunc ubi difficultas impedit moram impedit poenam committi: ubi non impedit moram, nec impedit poenam committi. Impedit autem moram, quando in obligatione est, speciem dari: ut not. ff. si certum petatur. l. quod te. l. si seruus. & l. si cum res. de leg. 1. Idem si in obligatione factum est. l. 1. §. si frater. ff. de coll. bon. ff. ad legem Rhodia. de Iac. l. si uehenda. & l. 2. ff. si quis caus. Si quantitas est in obligatione, tunc non impedit moram committi, ut dicam in l. continuus. §. illud. quia sicut casus non liberat a præstatione quantitatis, ita non liberat difficultas. Licit autem non excusat ab obligatione quantitatis, excusat tamen a poena periuiri: ut patet de pign. significante: dummodo non posset ei aliquid imputari. An autem difficultas, uel casus superueniens excusat a poena excommunicationis, vide glo. de testi. cogen. cum super. in glo. f. in Spec. de citati. §. iam nunc de citatione. ver. illud autem. & vide lo. And. de usur. quanquam. lib. 6. in uerbo, mandauerit. ubi dicit an casus. c. significante. habeat locum in excommunicatione. & de hoc 4. q. 5. c. uno. ¶ Querit glo. an non requisitus, qui sic, iurauit non intrare palatium, debet iuuare ecclesiam. Arguit pro. & 2: refidet allegando, quod non debeat, nisi requiratur. lo. And. remittit ad Spe. de aduo. §. j. ver. sed nunquid is. qui iurauit, & in uer. seq. tractatur an feudum datum pro patrocinio iuisperito transeat ad heredem. tenet ibi quo ad primum, quod si cōmode uenire potest, & scit ecclesiā indigere, & salarium suū utile debet uenire, etiam non requisitus, si ibi est satisfactum: quia satis eū stimular iūrū, & requirit. ¶ Querit gl. quid si ecclesia ei non seruauit fidē in suis necessitatib. Dicit gl. qđ nec ipse tenetur ei fertare fidē. 22. q. 5. de forma. §. co. puenit. Idēsi ecclesia subtraxit sibi salarium cōsuetū. ff. locati. l. quārō. §. in ter locatorem. lo. An. tenet hic si tota eccl̄a deliquit: alias age re debet 3. prælatū, & iuuare debet eccl̄am. de reg. iu. delictū. lib. 6. nisi sub conditione iurasset: si sibi salarium solueretur. §. eo. peruenit. Quod not. quia potest factum prælati facere defi cere conditionem obligationis, licet non possit cōmittere morā in uasallo, tñ dicit, quod tenetur dñm iuuare, licet dñs non iuuuerit eum: quia tenetur uassallus domino ex iuramento, ubi dominus ex urbanitate tantum tenetur: ut no. C. de pign. 1. 3. & C. de furtis. l. ciuile. Quid si remordet conscientiam aduocati, quod ecclesia foueat malam causam, an debeat iuuare. Glos. dicit, quod non. 11. q. 3. uer. qui dicitis. Nam tunc aduocatus non tenetur iuuare cliētulum. C. de iudi. l. rem non nouam. licet tamen teneatur sequi conscientiam suā, ecclesia

- denda sunt duo. Primo an, & quādō arbitri laudū possit emologari, & siue emologetur, siue non, quam pariat actionē, uel ius. Secundo, quo iure eis arbitramentū executioni mandet. Dic, si laudum est sine poena, potest emologari & tacitē, & expressē: vt in dicta l. pe. Et emologatur expressē, qn̄ ante decem dies partes expressē approbant. Emologatur tacitē per lapsū decem dierum, si partes non ḡdicant: & tunc producit actionem, & exceptionem, & agitur p̄dictione ex illa lege, vel in factum, sicut in alijs, fīm Inn. Ad hoc, quod no. de arbit. dilecti. Vbi autē est adiecta poena, tunc sentire viderur, qd̄ non possit emologari, quando est in cōpromissō illa clausula, Rato manente pacto: vt no. in d. l. pe. & no. in l. ait prator. fī. de re iudi. Quod hic non prosequor: quia tangit plus arbitrum, q̄ arbitratorem. In arbitratore aut̄ quo iure exequatur, & qd̄ pariat ius agendi: Inn. dicit hic, qd̄ si arbitrāmentū incidit in ḡctū, aget actionē ex eo ḡctū: puta si est electus ut arbitretur de pretio rei vendit, actionē ex eo ḡctū agetur. Insti. de ḡhen. empt. §. p̄t. fī. de contrahē. empt. l. hæc uenditio. §. fī. Intelligit Inn. qā in continebit post contractū conuenit de stando laudo. Nam ii ex intervallo ex dicto talis arbitratoris orietur ius, qd̄ statim dicam, qn̄ non incidit in contractū. Si autem nō incidit in aliquem cōtractū, tunc si in cōpromissō intercessit iuramentum, arbitramennum mandabitur executioni officio iudicis: & p̄pellet adimplere, qui se supponit arbitrio, dūmodo sit aequum, vel ad aequitatem arbitrio boni uiri redactum, quia in eo procedet: si ab initio fuisse aequum. fī. de reg. iur. in personam. & fī. pro socio. l. societatem. §. arbitrorum. Si non intercessit iurum, sed stipulatio aget ex ipsa stipulatione. Si autem est nudum, tunc dicit, qd̄ si super aliquid actionē sit cōpromissum, agetur illa actionē: ut si super iniuria, actionē in iuriarum. Nec ob. quod actio iniuriarum non detur ad interessē, sed ad vindictam, & sic non poterit agi ad cētū, in quibus est condemnatus rōne iniuria: quia ista centum non petetur vt interest, sed vt vindicta. Alij dicit, quod siue super actionē ne antiqua sit assumptus siue non, nō dabit, si uēm non intercessit, actio, sed sola exceptio tñm, quasi transactiōnis, vel pacti: & ubi non dare, actori, reseruaretur actio pristina. C. de pact. cum proponas. Et si non supercessit, daretur ḡdictio ob causā, vt se reponeret in pristina obligationē: vel si restradita foret vt ipsam redderet. C. de re. p̄mu. l. i. ff. de p̄di. ob cau. l. si quis. Vel p̄scriptis verbis ad intercessō. ff. de ḡdi. causa data. l. si mulier. & de iure do. l. si pater. & l. quemadmodū. Vel officio iudicis, de p̄fscr. verb. ob causam. Et sic laudū in se, dicit Inn. quod solā pariet exceptionē, & non pariet aliquā actionē. Nec propriè dicit eius dictum sententia, vel laudum, sed dicitur transactio. Quidam, vt no. Io. Cre. in auth. ut dif. iudic. §. si vero contigerit. col. 9. & sic solam producit exceptionē, vt transactio, vel pactū. In alia parte dicit Inn. quod non est vis facienda, utrū iuramentū, vel stipulatio interueniat, vel nō: quia semper laudū est seruandū, si sit aequum. Et si iniquum, est redigendū ad arbitriū boni viri: ut in p̄missis iuribus. fī. de ope. lib. si libertus. C. de dot. p̄missi. l. fī. Host. ultimate tenet, qd̄ mandabitur executioni officio iudicis, et altera parte ḡdicente. ¶ No. tñ Inn. in duobus, quia tenet: quia de iure canonico agatur ex pacto, vel cōpromissō iurato, & agit officio iudicis. Ad hoc, quod non de insti. cum venissent. Alibi dicit, quod agitur uia denuntiationis, vt. §. de iud. nouit. tamen non agitur ex pacto, vel cōpromissō nudo: sed fīm Host. sic officio iudicis. Bart. in §. arbitrorum. placent dicta Inn. saluo eo, quod dicit de iure: quia iurum quod interponitur ad corroborationem, sed agitur ex ḡctū ipso iufo firmato, nisi qn̄ est litis decisoriū: ut no. in l. i. i. i. C. ubi, & apud quē. Puto dicere uerū de iure ciuili, sed de iure canonico: et ubi arbitramentum non incidit in ḡctū, si est iuratum, actionem producet, uel saltem officium iudicis. Idem dico, si nō est iuratum, vt dixit Host. per no. de pac. c. i. quia negari non pōt hoc esse p̄fſi, qui de iure canonico producit ius agendi. Et hoc tenet Host. de arb. per tuas. concludens dicentes ex pacto nudo non agi, non solum § Euangelicam dicere veritatē, sed etiam contra Vlpiānū paganum. fī. de p̄fſi. pecu. l. i. dicens hoc fortius procedere, quando bono consenserit, ut emologatione, iuramento, uel fidei præstatione hoc est firmatum. Et hoc dicit Bart. in §. arbitrorū. quod sententia arbitrorum non habet paratam executionem: sed agendum est ex stipulatione propolita, uel contractū p̄fambulo impleto per iurū: & sic statim nō debet exequi. l. nimis propere. C. de exec. rei iud. licet Host. hic uideatur dicere p̄trariū, qd̄ habeat executionē per officium iudicis: sed non dicit, q̄ habeat paratā. Vnde dicit Bart. est uerū: quia iurum non habet uim actus iudicarii, vnde nullum habet colorem, ex quo debeat habere paratam executionē: & dato, quod habeat annexam confessionem tacitam, confessio non est iudicialis, quā mereatur executionem.
- 23 ¶ Decimatercia differentia, quia cōpromissum soluitur morte alterius compromittentium. de arb. c. fī. Secus in arbitramen-
to: qā illud est pactum, vel transactio, qd̄ trahit ad h̄des. fī. de proba. si pactum. Sī p̄e no. Host. de arb. c. fī. & tenet Spe. in ti. de arb. 2. finit. ver. sed nunquid arbitrator. Et hoc maxime ve-
rum, qn̄ assūmitur arbitrator ad perfectionē ḡclus. Et hoc te-
net Fran. de Are. in l. si quis arbitratu. Et si super ḡctū inha-
redio compromittuntur: quia spes conditionalis obſonis tran-
mittitur ad hæredem. Insti. de ver. obl. §. ex condonali. quā per-
sonae cohæreat. fī. de uerb. obl. centeſimis. Nec uidet quare ḡ-
ctus resolutu, cum sit perfectus ex parte vtriusq; ḡuentium:
ut l. potior. & l. qui balneum, qui po. in pig. ha. & l. i. Titius. de
ver. obl. fī. Fran. hoc dicit Bart. uerum in l. si quis arbitratu.
de verb. obl. qn̄ ḡctus est transmisibilis ad heredem, alias nō.
Allegat, fī. de acq. pos. l. fundi venditor. in prin. & de off. dele.
24 si super gratia. ¶ Nunquid aut̄ finiatur banno alterius compro-
mittentium, & publicatione bonorum, dicit Bart. ibi, qd̄ non:
sed existēs conditio non obligaret fiscum. l. quoties. in fī. de
noua. ad hoc. ff. pro socio. l. actione. §. publicatione. Contra-
rium tenet Fran. de Are. quia bannitus, fīm cōcēm op̄i. in l. i. C.
de hære. insti. vbi Butr. & la. de Are. in l. ex facto. §. si quis roga-
tus. ff. ad Treb. non æquiparatur deportato: quia nō perdit ea,
q̄ sunt cūiūtū rōne. l. 2. & 3. de interdi. & rele. & l. ingenuum.
& l. si quis ingenuum. §. l. fī. de cap. & est capax ḡctus, nīsi eset
talis ḡctus, qui finit bonorum publicatione: vt d. §. publica-
tione. & l. si mandanero. §. is. cuius. fī. man. fī. Bar. mouetur,
quia licet bannitus sit capax nouarum obſonum, tñ ueterib.
priuatū: quia transirent cum uniuersitate bonorum: ut l. fī.
de reb. dub. & ille, quā erant in suspensiō, pereunt: quia existen-
ti p̄dōne non reperitur p̄fona, quā de nouo obligetur: nam si
25 fī. scūs non est uere hīs. fīm Fran. ¶ Decimaquarta dīa, qā fīm
aliros, p̄fessio facta coram arbitro, p̄iudicat in iudicio, sed
coram arbitratore non, p Cy. in l. i. C. de p̄fſi. in 5. q. Sed ibi, te-
net, qd̄ nec in arbitrio, nīc in arbitratore valebit, vt judicialis
sit, vt non sit emologatum cōpromissum, sed utrobiq; ualebit
ut extrajudicialis: & sic non h̄t locum dīa. De testib. aut̄ ex-
aminatis coram arbitro, uel arbitratore, hī. C. de testi. l. fī. & de
testib. p̄ntata. dic, ut ibi dixi. Vnum dicit Bart. in d. l. pe. quod si
sint examinati coram arbitratore, fīm formam iudicii, quod
facient fidem coram iudice, fīm But. Quod non placet, cū fa-
ctum arbitratoris non sit p̄iudiciale, uel quasi. De hoc in Spe.
de p̄fſi. §. nūc uidentū. uerū quid de p̄fſione. ubi lō. An. in
addi. recitat uerba Cyni. ¶ Decimaquinta dīa col. Fr. ex his, q̄
no. in d. uerbi. quid de p̄fſione. qd̄ scripsi. §. de p̄fſi. c. fī. qā in-
distinctè confessio facta coram arbitratore, secuto laudo non
p̄t reuocari, si laudum est ualidum, quia negotiū est finitū, vt
dicit lo. And. in addi. qd̄ non procedit in laudo arbitrii, nīsi sit
emologatum: quia non v̄ negotium adhuc finitum. Primo. n.
casu v̄ transactū, ut dixi. §. & no. in auth. ut dif. iud. §. si uero
26 p̄tiget. ¶ Decimasexta dīa, quia litis p̄fſatio coram arbitro
interrumpit p̄scriptionem: ut l. pe. C. de arb. qd̄ non p̄cedit
in arbitratore, ut no. Io. An. in addi. Spe. in tit. de lit. p̄fſt. §.
effectus. in prin. tum quia hic non est interruptio naturalis, q̄
priuet p̄fſionē. fī. de usuc. nāliter. Tū quia nec ciuilis. l. alie-
nam. fī. pro empto. Nec hic numeratur inter mōdos interru-
pendi. 16. q. §. p̄t. uerbi. hoc de p̄scriptione. & de p̄scriptio. il-
lud. C. de p̄fſi. 30 anno. l. cum norissimi. Et per Host. in Sum-
ma, de p̄fſri. rerū mobilium. §. quibus modis. ¶ Decimase-
ptima dīa, quia arbiter non procedit diebus feriatis, sicut ar-
bitrator. fīm Bart. in §. arbitrorum. quia arbitramentū est quā-
dam p̄positio, & ad pacem reduc̄tio: qui actus p̄t expediti eiā
diebus feriatis in honore Dei. de ferijs. c. i. C. de fer. l. fī. 16.
q. i. omne. quod idem Spe. in ti. de arb. §. sequitur. uerbi. in for-
ma cōpromissi. vbi dicit, quod p̄t. si velit arbitrator: sed non
compellitur, et si partes pacificantur: quia pactum non p̄iudi-
cat ei, quod secus in arbitro, ubi ēt ex pacto non possit proce-
dere in diebus feriatis in honore Dei. ¶ Decimaoctaua dīa,
quia de iure ciuili arbiter adstringitur instantiæ statutæ in l.
properandum. C. de iud. sed non arbitrator. C. de arbitro in
litem si unus. §. i. ff. de arb. & tenet Cy. in l. properandum. C.
de iudiciis alle. ff. de arb. sed si in cōpromissum. & tenet lo.
de Deo, ut recitat lo. An. in addi. Spe. de arb. §. differt. uerbi.
item, ut intra triennium. in additione, quā incipit, nota quod
aliud est hic querere. Super hoc tñ, an in arbitro habear locū
instantiæ, sunt op̄i. Qui dām quod non. alij quod sic, & incipit
a tpe litis motē coram arbitro, non a tempore cōpromissi,
ut dicit Cy. Finaliter residerit lo. An. ibi Spe. recitat multis op-
inionibus, quod non est instantia in arbitro. Quod quid sit
de iure ciuili clarum, de iure canonico per no. dc iudi. c. pen.
quia nec in iudice: ergo nec in arbitro, ad cuius instar proce-
ditur. ¶ Decimanona differentia, quia si arbiter pronuntiavit
super toto bene, uel male, functus est officio, & non potest am-
plius pronuntiare, ut dixi. §. circa contraria, sicut & dicimus
in delegato. §. de offic. delegat. in literis. In arbitratore text. ui-
detur

detur hic, quod possit: In contra de elec. si promissarius. lib. 6. & hoc tenet glo. in §. arbitrorum. Pro primo facit theoria Inn. & qd' dicit de executor, de re iudicata. c. i. & in d. c. in literis, quia in actibus extra iudicibus non habet locū. c. in literis. Cy. recitat multas opī. in l. fi. C. de ḡhen. emptio. Pe. dicit, qd' si arbitrium ppetit mihi iure meo, possum, licet semel male elegerim scđs arbitrari. ff. de pđi. & demon. l. hæc autē. Si iure alieno, dicit, qd' si seruauit formā, factō illo finitur eius protestas. ff. de pđi. & demon. l. Metius. & l. si vt proponis. C. quomodo, & qd' iudex si non seruauit formā, poterit iterato, quia non est perfunctus officio. Hæc vera, nisi sit dicta vt pronuntiet quoties uoluerit: quo casū fiat mihi in clausulis. vt dixi. §. de arbitris. Sed dici pōt, qd' ex clausulis p̄dictis possit mutare circa idē, qn̄ est nullus mutatū. ¶¶ Vigilima differentia, quia arbiter potest recusari ex causa ante s̄niām: ut l. non distingueamus. §. cum quidam arbitrator. Not. fīm Gul. de Cug. & Frā. de Are. quia non rededit a persona eius antequam arbitraretur. ff. de verb. obli. si quis arbitratu. C. de contrahen. emp. l. fi. ¶¶ Vigilima prima differentia, quia arbiter non cogit laudare, licet suscepit p̄missum, nī ibi sit pena vel pignora. Sed arbitrator sic, si p̄missum suscepit, fīm modernos: licet gl. dicat cōtrariū. in l. fi. de ḡhen. emp. de quo ibi fīm Fran. hoc tenet Spe. & loan. And. in Spec. in tit. de arbi. §. sequitur. ver. sed nunquid arbitrator. Et ut suscepisse eo, qd' patit in se p̄mitti, vel absens cognoverit p̄missum, & non p̄dixerit, quicquid ibi dicit Spe. ut dicit Io. An. in add. Idē dicit in tit. de arbi. §. fi. verū. sed nunquid. Hæc procedunt in arbitratore p̄etus. In dato aut in ultima uoluntate, qui idem est, quod executor, an possit cōpelli, dicit ut plenissime per Bar. ff. de leg. 2. l. 1. Sed si non arbitraretur, nō ualerit p̄dicit, si non est perfectus: quia super substantialibus contractus habet arbitrari: quia non recedit a persona. Secus si super aliquo accessorio perfecto p̄etu habet arbitrari: quia ex eo oritur actio cui pōt officiū iudicis deferire: & arbitratus arbitrabiā a iudice, ut bono viro: ut in §. arbitrio tū. & in l. vnde si Nerus. ad hoc. l. in emptione. in princ. & l. do mun. ff. de ḡhen. empt. de quo per Bar. in dicto. §. arbitroru. & l. si quis arbitratu. ¶¶ Vigilima secunda differentia, quia arbiter non potest extendere manus ad res extra p̄missum: ut l. non distingueamus. §. de officio. ff. de arbi. & no. de arbi. dilectus. & in arbitratore secus: ut de p̄ben. nisi tenent do. & relig. do. p̄stitutus. & Spe. in titu. de arbi. §. excipitur. ver. sed pone. & in §. l. uer. arbitrator. ibi: dixerūt qui dam. Hoc temperat Bar. ff. de transactio. Aquiliana, qn̄ non extendit manum ad omnino extranea, non possit. Nā ii de re est p̄missum, possit iudicare de quantitate, & rei estimatio ne. l. si stipulatus es opus. ff. de fideiūff. Idē si aliq d rei, vel specie, uel quantitatis assignaret in rēcompensationē adiudicati super re, super qua principaliter est compromissum: ut est casū in dicto. c. nī. Hoc tene, quicquid dicat Spe. in tit. de arbi. §. excipitur. uer. sed pone. ubi dicit ualere sententiam arbitri, & arbitratoris, si extendit manum ad alia, sed arbitratoris re duci ad arbitriū boni viri. ¶¶ Vigilima quarta differentia, qd' excommunicatus non potest esse arbiter: quia nec iudex. de re iudic. ad probandum. sed excommunicatus potest esse arbitor: ut l. ex facto. §. si qd' rogatus. ff. ad Treb. & ibi Bart. qui allegat de leg. 2. l. cum pater. §. hereditatem. & dictum. §. si qd' alleg. C. de Iudeis. Iudei. & auth. credentes. C. de hereticis. de iudi. intelleximus. Ad hoc, quia potest contrahere excoicatus. ut no. de dolo ueritatis. & de sentē. exco. si uero. & hic est acto contrahendi, in aut. ut diffe. iudices. §. si vero contigerit. & in auth. si uero contigerit. C. de iudi. Quod dixi de arbitrio, dicit post multa. Spe. in tit. de arb. §. differr. uer. iīē fīm eum Io. And. in regula, dolo facis. de reg. iur. lib. 6. dicit, quod non potest arbitrator, nec in eo eadit arbitramentum, quod fit per modū laudi, uel s̄nię alias, quod de compromissarijs datis ad eligen dum publico excommunicato dicuntur de elec. in causis. & qd' no. Arch. 2. q. 6. a iudicibus. super 1. glo. Quod dicit uerū, quādo publicē est excoicatus. Qd' qn̄ sit, remittit ad cle. 1. de sepul. Simplex autem mediator, uel proxenēta dicit, quod pōt esse, ex cuius ordinamento partes ad inuicē p̄ponerent, ita, qd' p̄etus firmarentur ex ipsarum partium p̄positione. & non ex arbitramēto, uel pronuntiatione illius. & ibi respōdit ad obiecta. Per quā appareat cum uelle, quod nō possit esse arbitrator, nec in contractu, nec in lite. Sed iuribus non probat: quia negari non potest hæc expediri per uiam contractus, tenēdo opīno. Inno. quod excommunicatus contrahere potest. Et nō obstat, quod allegat de compromissariis ad eligendum: quia ibi actus est spiritualis non cadens in excommunicatum. Ideo dico, quod licet contradicentibus partibus non possit exercere arbitrum durante excoicatione pp̄ periculum cōionis,

cum in ipsum teneat compromissum & teneat accepratio cōpromissi, & etiam si ferat laudum, tñct, si partes non p̄dicant, & se presentent: secus si se non præsentent: quia habet causam se absentandi, refendo, quod non possit laudare abente par te: alias exigit appellatio. ¶¶ Vigilima quarta differentia, qd' dictum arbitratoris reducitur ad arbitrium boni uiri: ut §. arbitrorum. sed non dictum arbitri: ut l. diem proferre. §. itari. ff. de arbi. Quod dicit Innoc. uerum, etiam si sit iuratum: quia iuramentum intelligitur h̄m nām eius, super quo iuratur. Item dicit uerum, lius cum p̄ena, siue iince p̄ena: quia p̄ena nunq committitur nisi p̄fici ei, quod laudatur, & quatenus est ad arbitrium boni uiri redactum. ff. de oper. liber. l. si libertus. ff. de uerb. ob. l. si quis. C. de dot. promis. l. fi. fīm Inn. quia si iuramentum nō adstringit quatenus est iniquum, ut hic, & dixi. §. multo minus p̄ena. Hoc ēt tenet Host. ¶¶ Circa hanc differentiam plura uidere oportet. Primo an dictum arbitri iniquum aliqua via retractetur. Secundo, quid de dicto arbitratoris. Circa quod erunt plura videnda, quod discussum dum ibi descendere. ¶¶ Ad primum, communis opī. quod uia saltem appellatio reTRACTARI nō possit, nec olim, ut in §. itari. nec ēt hodie. Hoc firmat glo. in l. arbitrio. qui satisda. cogan. & in ca. arbitris. de offic. dele. lib. 6. quia uel emologatum, & est approbatum: non potest ergo appellari. C. de senten. ad solutionem. Vel nō est exp̄ssē emologatum, sed tacitē lapsu decem dierum: & frustra, & tarde tunc appellatur. de re iud. quo ad cōsultatio nem. Bart. in dicta. l. arbitrio. & in l. 1. C. de arbi. & l. nemo. de leg. 1. tenet, quod appellari possit eo exp̄ssē emologato: qd' emologatione approbatur ut latum, sed non ut sic latum, id est, ut iustē latum: ut l. 3. §. falsus. ff. rem. ra. hab. & l. Pomponius in negotiis. ff. de nego. gest. Idem tenet. in l. 3. ff. de arbit. Communis opin. mihi placet: quia emologatio dirigitur ad instantiam, cum dirigatur ad finem ut pariat effectualem. l. 3. §. falsus. & l. Pomponius. Non obstat quia ibi non exigitur, quod approbatio dirigatur ad iustitiam, sed sufficit, quod dirigatur ad factum. Dic, si arbiter est iuris, ut in terminis. c. pastoralis. de rescrip. & de offi. delega. suspicionis, potest appellari. de offic. deleg. ab arbitr. l. 6. Idem uidetur si datus sit a statuto in ter attinentes: sicut communiter sit ex statutis Italiae. Contrarium in hoc tenet Bar. in l. 1. C. de no. Cod. compo. & illud credo. Nec obstat c. ab arbitr. at̄lūptis in aliquo incidenti iudiciali. & idem si alia ratione, quam attinentiē ut sit in Peru sio. Idem in arbitr. quasi iudicibus qui eliguntur ad estimandū, uel declarandum incidenter aliquid coram iudice, qui eliguntur a iudice ut approbatores fiduciis. estimatores, & similes: nam ab istis potest appellari: ut in l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. secundum unum intellectum. Vel saltem officio iudicis id, quod ab eis est malē gestum, poterit ut interlocutoria quadam reuocari, ut ibi: si arbiter est à uolūtate partium, electus, etiam super lite, & statutum det executionem suo laudo, poterit appellari: nam non appellatur sententia arbitri, quia non parit actionem: si ergo pariat, ex forma statuti poterit appellari, ut tenet Bart. in l. 1. C. de arbi. & in l. nemo. de leg. l. Idem si voluntate partium conuentum est ut possit appellari: quia stabitur conventioni, ut dicit Bar. in d. l. 1. Dy. in l. consensu. de appella. & in l. nemo. de leg. 1. & Gui. in l. non distingueamus. §. cum quidam. ff. de arbitr. Ad hac dicta. l. arbitrio. qui satis cog. & a quibus appella. non licet. l. fi. Cy. tamē tenet §. in l. pe. & in l. 1. C. de arbi. & in Spe. in tit. de appella. §. in quibus. uer. 16. allegat. in aut. ut iudices non exp̄ca. facias iussi. circa prin. C. de iuris. om. iud. l. priuatorum. Sequor opī. Baro. non quod illa sapiat naturam appellationis, quia non nīsi uide appellatum, sed sapit naturam cuiusdam reclamationis: ut est casū in d. §. cum quidam. Nō ob. ratio Cy. quia per hoc, quod sua possit sententia via appellationis, vel reclamationis retractari, non ex hoc efficitur iudex: & sic non ob. l. priuatorum. Opi. plures ponit lo. An. de arbit. cum dilectus. super glo. 2. & recitat illas, de quibus dixi. Tene opin. Bar. cum tempore, de quo dixi, quod etiam ponit Bar. quia verba intelliguntur secundum subiectam materiam. l. duo. ff. loca & l. si stipulatus. ff. de u. u. Idem si compromissum est in iudicē de iure canonico. Dicit Spec. in tit. de appella. §. in quibus. uersi. 22. alleg. 2. q. 6. omnis oppresus. Non placet hoc, quia tunc p̄cedit ex arbitraria potestate, de iure canonico, ex quo potest in illum compromitti: sed de iure ciuili procedit, quia nō valet compromissum, & procedit ut index fieret in extraneum, nisi qn̄ est in ipso compromissum retenta potestate ordinaria, uel delegata, quod potest: ut de p̄ben. nī. quia si ut iudex p̄cedat, nē est dubium, ut quia uterq; procedere censetur in dū biō ut iudex: ut not. de iudic. l. 2. poterit appellari. Idem si sit iudex ex consensu partium dato: ut de offi. delega. super quæstionem. §. 1. Idem in Spec. de appella. §. 3. quidam. uersi. 16. ad quod. 2. q. 6. sūe p̄dictis. Non ob. inquit dixi appellari. l. episcopali. C. de epis. audi. quia corrigitur per aut. si quis litigā

Anto. de Butrio super ij. par.ij. Decretal.

tium. ibi positū. Vel dic. q̄ speciale est in episcopo, cuius iuris
 dictio est prorogata a laico, vt non possit appellari; & illud est
 priuilegium sp̄e concilium ep̄o ab Imperatore, vt patet ex
 litera, meri arbitrii: alias vero iudicis s̄nia non p̄t appponi
 via retraſtari: vt est dictum per dictā. l. i. quæ non est correcta.
 Hæc vera in arbitrī principaliter a partib. electis: in tertio ele
 cto duobus discordantibus, Butrig. ff. de arb. item si vnuſ. s.
 principaliter tenet, q̄ poterit appellari: quia potius iudex est,
 quam arbiter. Spe. in ti. de arb. s. sequitur. ver. sed nūquid iste
 tertius. dicit ḥrūm, q̄n tertius éligitur a iudice: quia non cen
 setur arbitri partium: vt l. ita stipularū. s. Chryſogonus. ff. de
 de ver. ob. Sed dicit gl. q̄ potius erat hic confiliarius. lo. An. te
 net, q̄ est iudex, sicut in arbitrī iuris. de off. deleg. ab arbitrī.
 Credo, quod poterit reclamari. sed nō propriè appellari: quia
 non est arbiter iuris, cum non eligatur ad deciderū aliqd
 incidentē coram iudice mandante; & fortius minus
 poterit, q̄n eligitur voluntate partii: & sic minus poterit ab isto
 tertio appellari, s̄ in euu. An autē aliter possit retractari. Dic,
 si est nulla, vt quia lata sine ordine iuris, vt ī ius aperto errore
 in s̄nia, vel per p̄cuniā: & poterit via nullitatis retractari, vel
 ī formam compromissi. ff. de arb. l. qualcm. gl. in d. ſ. ſtari. &
 l. ita demum. ff. de arb. si est aliqua, sed lata dolo partis, &
 arbitrii, retractari uia exceptionis, vel replicationis dolis, vel ex
 clausula dolis. C. de arb. l. 3. ff. de arb. l. non distinguemus. ſ.
 cum quidam. Idem si dolo arbitrii s̄ni: quia poterit excipi, & re
 plicari de dolo. Si alias iniuste absque dolo partis, vel arbitrii,
 tunc vbi dicam. j. arbitratoris sententiam non retractari, non
 retractabitur: & minus sententia, p̄r ſ. ſtari. vt no. in l. 1. & 3. C.
 de arb. & l. 3. ff. de arb. Quod sequitur huc Inno. in pluribus
 locis, in quibus concludit sententiam arbitrii non reduci ad
 arbitrium boni viri, & tenet gl. de elect. causam. ſ. eo. veniens.
 Host. dicit hic illam etiam reducendam ad arbitrium boni
 viri. & hoc no. etiam de arb. c. 2. ubi concludit, quod si euiden
 ter liquet, quod laudum contineat iniquitatem, & nutriat pec
 catum, id emendabitur per iudicem. vt d. c. 2. & c. 1. & c. expōsi
 ta. De peccato dicit contare, quando constat de euidenti læ
 fione partis: quo casu, nec in foro ciuili, nec in foro canonico
 statuit illi. ſ. ſtari. quia si ipsa lex vult peccata corrige, in auth.
 vt non lux. ī naturam. ſ. i. Quod dicit verum, si est reclamatū
 intra decem dies, ita q̄ nouit emilogatum: vt l. pe. de arb. &
 de arb. per tuas, & dicit hic de mente virtusq; iuris: quia nul
 lum peccatum lege, constitutiōne, statuto priuilegio, vel iuro
 iuuari potest: sed his non obstantibus emendatur. de consue
 c. fi. de pref. c. fi. cum ſim. ff. Höft. quod no. Quod credo, q̄n
 est enormis leſio, vt dicam. j. in arbitratore: quia tunc laudum
 presumitur dolosum: vt l. Lucius. ſ. creditor. ff. manda. & in l.
 Lucius. ſ. oēs. ff. de priu. cre. merito habebit remēdia, & ex
 ceptionis, & actionis de dolo: sed ſim ius canonicum hic ha
 bebit plus: quia in officio iudicis poterit peti retractari, etiam
 non obstantibus iuramentis, vt dicam. j. & etiam iudex ex offi
 cio, si obstante iuro, poterit prouidere, vt dixi. ſ. eo. ad nostram.
 Hoc tenent lo. & Arch. 2. q. 6. a iudicibus, alleg. de arb. expōsi
 ta. & c. ex parte, & c. 2. & 3. Idem Vincen. in c. expōsita. & dicit,
 quod hoc seruat curia. Idem lo. An. in Specu. de arb. in princ.
 ver. est autē differentia. in addit. & refert idem terquise lac.
 de Albo. & Hoftien. in Summa, eodem titu. ſ. pen. vers. pen.
 36 ¶ Ex quibus patet, quod aliquid est etiam differentia inter
 arbitrum, & arbitratorem, de iure ciuili, & de iure canonico
 etiam: quia in quantum debet reduci, oportet quod sit recla
 matum intra decem dies in arbitrio. quod non est in arbitrato
 re, vt dicam. j. Hic vidēta sunt octo. Primum, an reducatur.
 Secundum, quo iure reducatur. Tertium, intra quantum ips.
 Quartum, coram quo. Quintum, cum quanta laſionis. Sextū,
 qualiter iniquitas, vel laſio detegatur. Septimū, an hoc reme
 dium pacto, vel iufo tollatur. Octauum, an petens reductionē
 cadat in pena. ¶ Ad primum, an possit reduci: dic, quod sic:
 vt ſ. arbitrorum. ff. de oper. libe. ſi libertus. ff. de leg. 2. l. 1. cum
 ſim. & hic, & ſ. e. veniens. Hoc verum, siue sit iuratū, siue nō:
 siue sit ſtippone principali, siue penali vallatum, siue non ff. de
 verb. obl. l. ſi quis cū aliter. C. dō. p̄mif. l. fi. & quia, vt dicā. j.
 retractatur rōne immodiē laſionis, & vbi est dolus uerus, uel
 preſumptus, quæ excepta censentur à iufo. ſ. e. quemadmodū.
 & c. veniens. C. de non nu. pec. l. fi. C. de iure iur. l. fi. ff. qui ſati
 da. cog. l. pen. Dicit hic etiam Butrig. ff. de arb. ita demum. &
 Inn. & Host. & Io. And. Ratio autem quare non reducitur iū
 dum arbitrii, qui vt iudex procedat, contentat iudicem,
 quem habet: ideo ad ipsum reuerti non p̄t. ff. de arb. l.
 tigatores. in prin. & l. 3. ſ. l. ff. de arbit. Non ſic, quando cōpro
 mittit in arbitratorem, quia non contemnit iudicem, cū non
 agat hic, vt coram iudice, ſed via p̄ctus, & ſic non contemnit
 iudicem: uel quia fit compromissum in arbitrum, & in quaſi
 iudicem, & bonū uirum, quatenus eligit, vt iudicem nō p̄t re
 tractari.

cedi viā rediſtōis: quatenus ut in bonū virū, cōpromittunt,
 ut in liberum uelle ipsius: ſed in arbitratore non recurunt ad
 cum vt Titū, ſed ad eum ut bonū uirū: ideo ſim reducitur,
 & non primum, dicit glo. ff. de arb. l. 3. quia cōprōmittunt
 in eum ut in bonum uirū non p̄parando bonitatē eius ad alte
 rum, quæ ſtatuant ſingēdo, qd dicit vt diſtū bōni viri, licet
 non reperiat diſtū boni viri respectu ad iudicē, vel aliu: hoc
 verū in arbitratoribus. ¶ Nunquid autem ſententia iudicis re
 ducentis ad arbitriū, poſſit reduci ad arbitriū boni viri. Tenet
 But. qd non: quia non cognoscit ut arbitrator, ſed vt iudex, ſim
 But. in ſ. arbitratorū. An aut̄ ab ipſo reducente, ſi iniquē redi
 cat, poſſit appellari. But. ibi, quod ſic: quia vt iudex facit. Ioan.
 And. in add. Spe. in ti. de app. ſ. in quibus. ver. r. recitat Ruffi
 ganū diſputaſſe, q̄ non appetet: quia non appetet ab arbitra
 mento: ergo nec a ſuia: & quia iudex non cognoscit vt iudex,
 ſed ut bonus vir. ff. pro ſocio. l. ſocietate. in fin. & ſubrogatiū aſ
 sumit locū eius, in cuius locū ſubrogat: ut lite p̄dente. ecc. p.
 Hinc eſt, qd qn̄ arbiter cognoscit in locū iudicis ab eis appella
 tūr. de offi. dele. ab arbitrī. & d. l. arbitro. ſic non appellabit,
 qn̄ ſubrogatur in locū arbitrii, vel arbitratoris. Credo primū,
 quia in ſpromissis ad arbitrium iudicis appellat: vt no. gl. de
 accu. ſuper his. & quia hic non ſubrogat loco eius per omnia,
 ſed datur ut iudex, vt iudicitaliter corrigat, quod eſt extraudi
 cialiter male faſū. Similiter non appetat ab excommunicatiō
 ne, & appetat a declaratione excoſicationis: vt no. de ap
 pel. pastoralis. & decre. ab arbitrī. Fācit p. quia ibi cognoscit
 vt iudices, ideo appetatur: ergo & hic. Et ſi teneſet, qd om
 nino ut arbitrator hoc faceret, ſaltē poſſet reduci ad arbitriū
 boni uiri. Aduertendū tñ, quod qd faciat vt iudex, cum habeat
 reformare tanquam ſubrogatus loco arbitratoris: vnde ſuffi
 cit vt laudū rediſcat, & reformet ad illos terminos, in quibus
 laudum ab arbitratore foret æquum, ſi ab eo eſſet latū: & ſi li
 cet iudicium diſcrepet a iure, habeat tñ fundamentum nālis
 equitatis, nō poterit iuſte appetari: & ſic ſimiliter ſi in aliquo
 modico ledat partē pro bono pacis. Et, qd hic poſſit reforma
 re, tenet Io. An. in add. Spe. in ti. de arb. ſ. differt. uer. item ſim
 eum. ¶ Ad ſim, quo iure rediſcat ad arbitrium boni uiri: hic
 doc. & de arb. c. 2. dicunt, quod officio iudicis. Idē Spe. in tit.
 de arb. ſ. ſequitur. uer. ſed quo iure. Alleg. de arb. c. 2. & c. ex
 poſita. ff. de iuris d. om. iud. l. 1. Butrica. & gl. in ſ. arbitratorū, &
 in l. fi. C. de ſhēn. empti. dicunt, qd ſi in p̄ctu bone fidei adiſci
 tur, qd reducitur actione ex p̄ctu, ſi eſt p̄ctus ſtricti iuris, da
 bitur officiū iudicis. ff. de mino. l. q̄ ſi minor. ſ. 1. vel actio in
 factum ex æquitate, per l. quotiens. C. de pref. ſcri. uerb. De p̄ctu
 ſtricti iuris approbat Bar. In p̄ctu bone fidei dicit uerum, ſi ex
 eius parte oritur actio, qui vult reducere ad arbitrium boni vi
 ri. In p̄ctu empti & uēdit, ubi oritur actio ex parte vtriusque,
 fecus ſi non oritur actio ex parte eius, qui petit, ut in p̄ctu do
 tis, ut ſi ſit ſpromissum ut ſtatutatur dos mulieri: nam illi non
 oritur aliqua actio ad repetēdam dorem, conſtaſte matrimonio
 nō. ff. ſo. ma. l. quoties. Idē tunc ſeſcurritur ad officiū iudicis:
 vt d. l. ſi libertus. Item mulier conuenta pro dote poſſet exci
 pere de iniquitate, & ex hoc habet agendi ius: quia quicunq;
 habet exceptionem, etiam ſi non conueniat, poſſet implora
 re officium iudicis, nō ab aduersario inquietetur. l. 3. ſ. de hiſ,
 qui bo. ced. poſ. & ff. de fidei uif. ſi contendat. de li. le. l. Aurelius
 ſ. centum. Et hoc dicit Bar. in ſ. arbitratorū. ad hoc, quod no.
 gl. in c. fin. de fidei instrumen. Fran. de Are. non placet in qua
 num dicunt in bonę fidei iudicis dari actionem ex eo contra
 p̄ctu: quia non extendit illa ad incogitata, & non comprahē
 fa in p̄ctu: & quia ibi non eſt mater obligatio, quæ ſurgit a
 conſenſu: ergo nec filia, ſcilicet actio: utl. licet. ſ. ea obligatio
 ff. de procu. Per quæ dicit, agerur officio iudicis mercenario
 deſeruenti actioni: quia veniunt in tali illa, quæ ſunt extra for
 mam p̄ctus, in quibus æquum eſt, quod veniant. C. de acti. em
 pio. l. 2. etiam ſi non ſit actum, vel cogitatum: ut l. ſi is, qui fi
 eo. Item quia exceptio in contradiſtibus bone fidei purgat offi
 cio iudicis deſeruenti actioni. ff. ex quib. cau. ma. l. in contradiſtibus
 & ibi gl. & no. in l. 2. C. de rescī. ven. & ſic intelligit. l. un
 de ſi Nerue. ff. pro ſocio. ad hoc. l. exhibiſi. C. ad exhiben
 de acti. emp. l. venditorem. Puto in hoc tenendū, quod ibi no
 in illa. l. 2. & dixi de empt. & uēnd. cum dilecti. Non placet etiā
 in quantum dicunt de actione ſtricti iuris, ut officio iudicis re
 ducatur, vel actione in factum: quia in ſtricti iuris contradic
 bus dolus purgatur p̄r actionem de dolo, & dolus re ipſa p̄
 viam exceptionis de dolo. l. ſi quis cū aliter. de verb. obl. l. elega
 nter. ſ. nō ſolū. ff. de dolo. licet. quidam dicunt, qd dat offi
 cio iudicis restitutorū: ut l. in p̄ctibus. ut tenuit ibi Pe. ſed poſte
 fe correxit, in l. 2. de rescī. ven. & ita dicit Cy. & ſic non purga
 bit, niſi p̄ uā exceptionis. Qd dicit uerū, qn̄ affuit dolus re ip
 ſa. Idē ſi mentalis arbitrii: quia ex dolo tertij non agit. l. elega
 ter. in prin. de dolo. Ad hoc, qd d̄ de proxeneta. l. 1. ſ. i. ſi mēſ
 fal. mo. di. Sed ſi affuit dolus aduersarij, purgabitur p̄r actio
 nē

nē de dolo: vt d.l.si quis cū aſt. & qđ no.in d.l.z. C.de reſc.u. ad hoc.ſſ.de arbi.l.nō diſtinguemus. ſ. cū quidā. & p hoc non deficit remediū Bart.in bonę fidei inter iſtos non eſſet magna dñia: qā ſiue offiſiū iudicis, iuue aſtio dat, illa ſunt ppetua: ſed in ſtriči iuriſ, qā ſi tenet opi. p dēt aſtio alia, quā de dolo, erit ppetua, alias eſſet tpaſis. Sic ergo þm iſtos reduci laudū ad arbiſtrū boni viř, ex deceptiōne re ipſa, ēt ceſſante dolo arbitri. Qđ eſt verū, qeqd dicit Butr.in l.ſi unus. ſ. illud. ſſ. de pac. qui dixit demū laudū reduci ad arbitriū boni viř, qđ dat dolus, vel culpa in arbitrāte. alle. ſſ. pro ſocio. l. Vñ ſi Neruc. & Larbitro, qui ſatis cog. & primū ibi tenet Gul.vbi dicit aduersus laudū dari remediū, ēt ſi imperitia arbitrioris male ē iudicari.

¶ Quāro, tertio intra quantū tps ſolli peti reductio ad arbitriū boni viř, a ſhia arbitrioris. Quidā, qvſq; ad decē dies, ſicut in app'one: qā hic eſt qdā app'one ſpecies. ſſ. de arb. l.nō diſtinguemus. ſ. cū quidā. Alij, p tps erit arbitriū, ex quo nō determinat. Alij, p erit tps ſtatutū ab ipſo arbitro ad executio nē laudi. Alij, p erit terminus quauro mēſiū. Non placet, qā hic nō tracat de aſt exequēdi. But, p erit tps trīginta anno rū: qā tāto tpe durat aſtio, uel offiſiū iudicis. Idē Bar. p l. quere la. de fal. Oportet tñ, p de hoc intra annū deponat qrelā, alias non audif. ut. C. de cſ. & pēqua. l. qui grauatos. l. i. & ſufficit qđ deponat ex iudiciū, ita, p appareat eū nō cōſentiffē þm eū. Sed qđ offiſiū cōpetit loco exceptionis, durat ppetuo ſicut ipſa exceptio. ſſ. de exceptio. doli. l. pure. in ſi. Finaliter reſidet, p vbi p offiſiū iudicis princip'r perit, ut in ſtriči iuriſ iudicis, hēat ſolū quadrienniū: qā hoc datur ad reſcindendū, qđ de iure cōi valet: quo caſu daf quadrīennū. l. in honorarijs. ſ. ſed cū reſciffa. ſſ. de aſtio. & obli. þm Bar. Scđm hoc ergo excludetur anno, ſi in iudicio, uel ex non oñdat ſe non pſentire: ſi oñdat ſe non pſentire, ubi dixi dari aſtio, hēbit trīginta annos: vbi offiſiū iudicis, hēbit quadrienniū tñ, ſi princip'r illo cgeat: & illud intēdet. Si agat offiſiū iudicis loco aſtiois, durabit. xxx. annos: ſicut aſtio: in loco exceptionis, durabit ppetuo. non plater Fran. de Are, p offiſiū iudicis ēt principale excludat quadriennio: quia hoc remediū offiſiū ēt perpetuū. i. vſq; ad xxx. annos: vt l. ſicut. C. de præſcr. xxx. an. Itē quia hoc iure nō probatur. Item non excludit taciturnitas anni: quia remedia ppetua ſunt. Ante ergo non p̄t dici morosus, ex quo reſtituit de tpe. ſſ. de ver. obli. ſi inſulā. l. ſiulationes non diuidunt. ſ. ſi qſ ita. Itē quia haec reductio ēt integratio deceptiōnis realis, & purgatio doli, ſicut proxenete: vt d. aut. ut dif. iudi. ſ. ſi uero contigerit. & no. in l. ſi iudex de var. & extraor. cogni. & in talib. ppetua ſunt remedia: ut l. in ſctib. ſſ. ex quib. cau. maio. & l. z. de reſcinden. uendi. Non obſt. l. ſed cum reſciffa, quia illud eſt re medium, & pretoriū, qđ durat anno realiter: hoc datur ex exquitate ciuili, & iure consultorum. Non obſta. l. qui grauatos. quia loquitur in grauamine iniuſt adēquationis ad agnoscē dum publicas functiones: & ibi uenit ū actum factum ab hñte authoritatē de publico, quare quodammodo ſinē parificandum: & p̄t eſſe fanor publice utilitatis, ut illi officiales nō ſint diu in iſuſpo: iō cum ille caſus exorbiat, non extendit ad excitandas aſtiones, exceptiones, vel offiſiū, iudicis, in alijs caſib. uel alia materia competētib. ū reg' em naturam actionū, vel exceptionum. Ad hoc. l. i. ſ. meminiſt. ſſ. de uen. in ſpiciē. Nam ſi fecis diceret, eadem rōne poſter dici, qđ iñtra decem dies. C. de appel. l. hi, qui ad ciuilia. þm Frā, quod mihi placet, ut duret tporibus ſuis þm cōcem naturam remediū, quā cōpetunt. Quā aūt remēda comperant dixi. ſ. ¶ Venio ad quārum, coram quo petat haec reductio: dicit Butr. in ſ. arbitrō. Alij, p iudex appellationis, cū ſapiat haec reductio nām appellationis. ſſ. de arb. non diſtinguemus. ſ. cum quidā. Bart. in ſ. arbitrō. dicit, p ipſe iudex principalis caa poterit adiuri: quia ſi uia aſtiois, actor ſequit forū rei: & ſic inde illius, ū quē peti reductio. Idē ſi per iudicis offiſiū: ut l. i. C. ubi, & apud quos. Vbi aūt peti ab illo per offiſiū iudicis, cui uia cōpetit exceptionis, puta, p poterit peti corā iudice rei, licet non ſit iudex actoris. Rō, quia ubi exceptio examinat principaliter, dēt examinari corā illo iudice, corā quo examinari deberet, ſi aſtore agentē exceptio ſui nā per uiam exceptionis deduceret. ſſ. de transaſt. l. cum hi. ſ. transaſtio alimentorum, ubi dſ, p ille iudex dēt arbitrii ſuper transaſtione, qui eſſet iudex ſuper principalib. alimentis: ſi hoc, quia laudū inſtar transaſtione habet. Per qđ dicit Bar. qđ ubi cuq; reus ſuper exceptione inſtat, cum caſ examinari debet, ubi aſtore agentē incidenter dēret examinari: nam ſi teſtes examināt ad perpetuū rei memo riam ſuper deſenſione, uel exceptione, iudex cōpetens eſt ille, coram quo aſtore agentē forer alias cōpetens iudex. l. ſi. C. de uſu. pal. ſecondum unam lectruram. Idem vi ſi agatur condi ſtione ex. l. diffamari. Idem ſi exceptio opponiſt voluntaria, quando eſt tempus petendi id, contra quod opponiſt, per no. de dolo, cum dilecti. de election. dudum. Allegat ad priuum de arbitris expoſita. ſed modicum facit. Sunt haec uerba Bar-

toli. Dic, ſi laudū eſt iuratū, & dubitāt de reductione, pp iuñ adiutur iudex ecclēſiaſticus, ut hic. Idē ſi laudū eſt in mā ſpētante ad ecclēſiam, ut hic in matrimonio. Idem ſi otrā piētatem, ut hic. Idem ſi euident nutrit peccatum. de iudi. nouit, alias procedit theorica Bar. quā poſtē ſeruari ēt in ecclēſiaſticis ad diſcernendum an ecclēſiaſticus rei uel aſtoris deberet adiuri. ſi qđ ſi uerente inter duos extraneos litigantes cōmittat in tertium ēt exēneum, cuius ſit iudex, an aſtoris, an rei, an arbitri. uide qđ ſi, quam ponit Fre, ſuo confi. 270. vbi concludit, qđ debet peti coram iudice rei, per. l. C. ubi, & apud quos exibat. & qđ a perit offiſio iudicis. Vide, qđ ſcripsi de fo. cōpet. poſtulaſti. & in c. ſi. ubi hanc examinaui. ¶ Venio ad quin tum, qđ dicatur iniquum. Dic, qđ aliquid percipiſt ū Deū, uel pietatem nālē, ut hic, uel ad preiudicium tertij. ſ. e. veniens. uel qđ p̄cipiſt aliqd, in quo facillima ſit ūuentio: ut ſi mandat ſub poena, ut nullum uerbum dicat p̄tumeliosum. Nā hoc facilē p̄t accidere: qā lingua ſepe failit, ideo de facili non debet ipſius uerbum trahi ad poenam. ſſ. ad legē Iul. maie. famoſi. Itē iuſtē poſſet dicere uerbum p̄tumeliosum p̄tinens uerita tē. ſſ. de iniu. eum, qđ nocentē. & ſic eſt ū iura tale mandatū, ut hic. Idē & fortius, ſi mandatū ſit ū omnia iura, ſicut hic de ex hæredatione, qđ erat ū ius ciuile, & gentium: ſed, qđ filii ſunt reſtituendi, & uxori adhærendum. Inſi. de iure na. i. r. n. ſo. Pro quanta aūt laſione detur hoc remedium reductionis ad arbitrium boni uirū. Gl. dñt, p̄ modico non datur. Et modicū dixit quatenus in ūctu licet decipere, de quo dicam in c. dile cti. de emp. & ven. gl. in l. finali. C. de ūhen. emp. & l. ſi in ſer uum. ſ. recepiſt. qua dicit, qđ licet dare de ſuo. unius partis utrobiq;. Bar. dicit uerum, dummodo non immodice lēdat. Idem hic Inn. alle. l. ſi libertus. & Spe. in tit. de arb. ſ. ut aūt. ver ſic. fed quo iure. Et modicū dicit, p̄ quo non daretur reſtitu ſio. ſſ. de mino. l. ſcio. al. p. de arb. c. 2. & 3. Dic, ſi laudū p̄cipiſt tertio, reduciſt. ū. ſ. e. uenies. Si parti in his, quā ſunt Dei, uel ū pietatem, adhuc reduciſt. ut hic. Si tangit priuatum ius il lius, ū quē iudicat, cōis eſt opinio, p̄ p leui non def. ſed Pe. & Cy. in d.l. ſi. dñt, p̄ p quo cunq; dat: qā. l. ſi libertus. loquiſt indiſtincte, & et. ū. ſ. arbitrō. Bar. dicit, p̄ ſi aſlumitur in ūctu, dece ptiō in ſex partes daret ſibi hoc remediu: in lite aūt dicit, p̄ p̄oderatis qualitatibus pſonarum, & qtitate debiti, & dubio litis euētu, arbitriſt iudex deceptiōnem illo examinato, ſi in ſex ta parte ſit deceptus. all. ſſ. ad Treb. l. Lucius. & qđ no. in l. ſi qđ cū aliter. de uer. ob. Nā, ut dicit Bar. non ſufficit, p̄bare qđ ſup lite aſſumit arbitrium, uel arbitriū in toto, uel in parte, ū iuſtia: qā non aſſumit ut þm iuſtiam iudicet, ſed vt transaſtio nē innuat: ſed debet ſiderare cām, quare puenit ad p̄romiſum: & modū ūctu hinc & inde ſit dādū, uel retinēdū, & pſonas litigatiēs: & qđ in iſto dubio ſuifler equū dari, uel detrahi, & ex hoc aſtīmer modū, in quo debuit debite p̄dēnari: ut d.l. cū hi. ſ. modū. & no. in l. Lucius. ſ. pe. ſſ. ad Tre. Ad hoc optimē. l. cū hi. in princi. & ſ. ſi. & ſ. ſu. ſi dilecti. ſ. qā illa loquunt in ūctu p̄ ſe geto: hic in geto alio mediantē. Per que dicit, qđ forte ſi lēdetetur quis in ūctu inito per procuratorem, qđ hēt remedium illius decr. 2. p̄ ſ. arbitrō. ſed dicit, ſub dubio forte. A l. ad hoc, p̄ casu. ſ. arbitrō. iuncta. l. Vñ ſi Neruc. Fran. de Areto tranūt cum op. gl. Mihi uñ, qđ tex. l. Vñ ſi Neruc. & l. ſeq. p̄bet de diuidia: qā dt deceptū qđ ſu. aſſignat milleſimā partem, alteri duas milleſimas. Hec uera, vbi eſt compromiſum ū iuratum de ſtando arbitrio & laudo arbitrioris ſimpliſtē, & generaliter. ſed ſi ſpecialiter, & exp̄ſe dictum fuit, p̄ ius unius partis in totum, uel in partem poſſit dare alteri, tunc ūtuncunq; iniquē pronuntiaret, debet ſtare dīcto ſuo, niſi mandatum ſuum eſſet ū Deum, in quo nullo mo parenquim eſt: ut no. de tempo. ord. ad aures, alias eſſet priuatus. ſi iurafūt, & poena p̄mitteret, ſi non pareret, ubi non eſſet ū Deum. Alleg. ſ. eodem. ſi uero. cum concor. & de paſtis. c. 1. 2. & 3. ſ. in Holſi. ſed dicit, quod forte index iniquitati poſſet ex offiſio occurrere: & ita poſſet eſſe penſatis cauſis, temporibus, locis, & qualitatibus pſonarum: ut no. de transaſtio. c. ſi. de arb. c. 2. Idem, quod primo dicit Holſi. ſi eſt dictum, quod de alto, & baſlo pronuntiaret: ut no. ſ. de ma. & obc. humilis. & idē dicit Bar. in ſ. arbitrō. ſi dicant, qđ in torū, & in partem, & in parua, & magna quantitate poſſet de iure unius alteri dare, uel immodicē, & immoderatē: puto iſtud, qđ etiā vbi illa verba ſi latē ſunt effusa, ſi quidē ex ppōſito immoderatē leſerit arbitri, & hoc p̄stat, poſterit peti reductio. Et hoc tenet Io. An. in adi. ſpe. in ti. de arb. ſ. vt aūt. ver. item quid ſi p̄romiſum: & eſt caſus in l. creditor. ſ. Lucius. ſſ. mand. Si ſit deceptus in magna qtitate re ipſa, & non ex proposito, & hoc conſtar: Io. An. dicit, p̄ excludetur: nec hoc negat Bar. in ſ. arbitrō. Adhuc pu. p̄dabit remēdiū: & hoc, qā talia uerba in genere, & effuso ſermone plata ſunt ſub ſidentia discretionis, & amicitiae arbitriō. qđ remanet nāe iuſtigabilis, nec talē ſaci et laſionē. Nō extenditur

Anto.de Butrio super ij. par. ij. Decretal.

- extenditur ergo in tñ mens, vt verba sonant: quia de verbis facile seruitur ad oñdendum pñfidentiæ: & hoc faciunt potius ut arbitratoris capient benevolentia ad iuuñdum, qñ ledendum. Si ergo deceptos recipiant in hac spe, dñt eis prouideri, arg. s. eo. quanto. & c. veniens. & sic de facto pñsultu. Et si iuratū est, quia verba iuri obviant, absoluunt, vel iudex ex officio prouidebit. Ad hoc de insti. cum venissent talia. n. verba late ex adulatio- ne prolata, & gñalia non sic effusè obligant ut sonant, & maxi- mè quia apponunt in cōpromissis hæc verba multoties pñter cōpromittentiū intentu. Si est lñsus in magna qñtitate, & nō con- stat, qñ re ipsa ex pñposito Bar. dicit, qñ pñsumit dol. l. o. s. s. Lu- cius. de his, qñ in frau. cre. l. pñnum. & l. qui testiū. ff. de prob. i. o. poterit reduci, non obstantib. illis verbis sic effusis. licet Ioan. An. vbi. 3. dicat, qñ vbi re ipsa est deceptus, simpñr excludatur, qui dñt ex verbis Bar. sic distinguui. Ad hoc. fl. de leg. 1. si seruus vetitus. ¶¶ Vñcio ad sextu, qualiter iniquitas detegat, an exigat qñd ex nouis probationib. detegat, an ex antiquis. Vñ, qñ sufficiat ex nouis, sicut in cā app. l. o. s. de testi. c. fraternitatis. C. de tē. appe. l. per hanc. Dic, vbi in cā reductionis ad arbitriū exigitur dolus, qñ patet ex dictis, & nō pñ iniquitas detegi, nisi ex eisdē actis: alias non pñcluderet dolus, qui non cadit in ignoratiā. Ad hoc. l. qui Romæ. s. duo fratres. & qñ ibi no. glo. fl. de uerb. obli. ad hoc dñfi. instr. cū Ioan. ad finē, nisi factō ipsius occur- risset, quo minus probationes factæ fuissent. fl. de euic. si dictu. s. 1. Ad hoc de testi. constitutus. 3. & tenet Fréde. suo conf. 275. & in Spe. in ti. de arbi. s. vlt. in fi. ver. sed nunquid fñm. Ergo vbi non apparent acta, quæ non arctatur ad conficiendum, de dif- ficiili poterit pñstare de dolo cius, nñsi pñsumptiu. ut si absolu- uit in totum, uel in magna quantitate, & agens probaret debi- tum: claru: quia pñcludet dolus pñsumptus. Hoc intellige de omnino nouis, pñm Bar. & de concorrentib. merita. Sed si uel- lent probare per testes, qñ coram arbitratore aliquid fuisse pñ- batu, posset probare et per testes: quia arbitrator nō hñt necel- se facere scripturas, cum non seruer ordinem iudiciarium: i. o. dicta testium, & alia acta pñ per testes probari. ff. de probat. l. quoties. s. qui dolo. ff. de testi. l. current. Ad hoc, quia ubi appellatur ab interlocutoria, ad pñcludendum grauamen ex mente iudicis oporet, qñ probet ex eisdē actis: ut in cle. appellati. de appel. in cle. ad hoc, qñ no. de dolo, finem. & in rñ. ignoratiā. quia ad concludendam culpam circa expensas, oportet, quod ex eisdem iudicet actis. Si non est necces, qñ arguatur dolus, runc equitas uel iniquitas poterit detegi ex nouis probonib. ut in iurib. primo allegatis. Ad hoc. l. unde si Nerue. ff. p. socio. Idem Fred. suo conf. 275. qui dicit, pñ iura er occulta produce- re poterit antiqua, & stabitur iuñro suo super ignorantia, vel im- pedimento quare non produxerit primo. de exc. pastoralis. de elec. ut circa. idem si iura sciebat, & probationes, sed non ha- bebat in promptu. Idem si habebat, sed omisit negligentia, vel similitudine. Secus si dolosè omisit. de re iudic. inter monaste- riū. de exce. exceptionem. per locu. a spñli no. gl. de rescr. ad au- dietiā. & de rescr. linati. & c. pleriq. nñsi forte fuisse pñratus omittens: quia cius delictu non pñjudicat ecclesiae. de exce. cū venerabilis. & in rñ. a. delictu. de reg. iu. li. 6. de re iudi. Impera- tores. C. de trans. sub pñtextu. Sed est dubiu quis hñat, pbare, an iniquitatē petens, an dicens equu iustificare. Dic, qñ hñt, pbare, qui lesionē in pñtū asserit. l. i. C. de finistrum. & iure halte fisca. l. i. off. de pb. l. ab ea parte. & quia intrinseca solen- nitas pñsumit. Insti. de fideiu. s. fi. ff. de uer. ob. l. sciendū. Insti. de inut. l. tip. s. si ita scriptu. no. de eo, qui fur. or. re. innotuit. & j. de re iud. sicut. dicit Dy. in rñ. a. scienti. de reg. iu. lib. 6. & ponit in pñl. 3. q. q. incipit. Ptolomeus. pñl. 3. & recitat Io. An. in addi. Spe. in ti. de arbi. s. sequit. uer. ite quid si cō promissum. Et hoc satis puto, quia non ex eo, pñ pñsumat multu pro dicto arbitratoris, ex quo pñdet reducitu, sed quia hæc est intentio actoris pete- tis laudu rescindi, ut dixi de pbati. qñ pñ falsam. Per qñ puto, qñ si lato laudo, in quo est absolutoru reus in toru, uel in magna qñtitate, si actor producat clara iñstru de debito, uel testes, uel aliter probet, co ipso pñcludet lñsio. nñsi aliq. appareant circun- stantiæ, & pñsumet adeo pro iustitia laudi, ut apparere iñstru nō obtineat retractatione: licet possibile sit arbitratorem habuise se probationes super exceptionib. qñ non pñsumit pro his, tum quia non trñst in rñ iudicata, cū hic non est actus judicialis, vt dixi, tñ quia pñdet reducitu ad arbitriū boni viri, qñ licet nō suspendat, tñ tolerat effectu pñsumptionis, si pñsumere, ut in ap- pellatione ab excōicatione. No. Innocē. de proba. qñ pñ & de elec. bona. Et similiter si condemnasset apparet exceptione probata, adeo, qñ ipsi soli etiam testificanti, si esset unus, nō cre- deretur: imo etiam si essent plures testificando super iustitia, eis non crederetur: quicquid senserit Bar. in s. arbitrorum. qui tñ non firmat, sed remittit ad inn. in c. dilectus, de arbit. ut ibi dixi. & plenius dixi de test. a nobis. qñ a attestant in facto, in quo eis posset adscribi laus, uel uituperiu: ut no. 2. q. 6. statuendū. & Ioan. And. in Specu. de testib. s. opponitur, uersicu. item, quod
nit facultas probandi. & idem quod proximo casu: caute. n. egit non proponendo. quod probare non poterat. 2. q. 6. pl. p. Hoc procedit in termino ad excipiendum: post terminum autem conclusio in causa non audit quoquo modo. de procurando, auditio. s. de testi. c. de testi. & c. cum clamor. de f. instr. cum dilectus. c. cum Ioannes. nisi evidens rogo moqueat iudicem ad admittendum: ut de causa poss. pastoralis. Non enim aliquid agi potest post conclusio in causa. nisi cum iudex ex officio inquirat, uel interrogat, ut in dictis iuribus. vel cum iudicis negligentiā aliquid est omnissimum. de testi. p. tuas. vel cum Papa per se de electione cognoscit: ut no. Inn. de accusa. ad petitionem. de quo in Spe. de renuntia. & placu. circa prin. Hanc conclusio sequitur dñi de Rota, sua placu. 30. & 95. tutius tamen putat ubi audit, quod ueniat per restitutio in integrum. Et quod ibi non. Inn. in c. coram. de testi. in int. ubi dicit quod non proponens peremptoriā intra terminum non audiit, sine in integrum testi. Ad hoc quod non. domini de Rota, sua placu. seu alleg. 30. ¶ Nota bene hoc dictum, quod post conclusio in causa non admittitur exceptio, et nouiter superueniens. Ad quod optimè dictum. c. auditio. Idem sententia Io. An. de causa pos. c. dilectus. Quædam sunt exceptiones mitte, quæ possunt opponi: ad meritum, & ad processum, de quibus de litis pte. c. 1. li. 6. ff. iudi. sol. querebat. an in illis habeat locum decr. cum casibus exceptis. Io. An. quod sic, inquit, opponitur ad processum. ut dilatoria remittit ad non. in Sp. de dil. §. j. ver. ite querit. vbi hoc disputationi relinquit. Io. An. super illo vero. in add. assumit disputationem ut seruat actori, & finaliter refideret, quod si statutus est terminus in formâ capituli ad dilatoria proponendas, cum haec proprie non sint dilatoria, sed peremptoria, & in nomine diversificantur, quod non excluduntur, maximè talis terminus ut ordinatur ad excludendum ius alterius, sit odiosus, & strictè intelligendus: & quia uerba sunt strictè interprætanda. quod eum, qui legem apertius, & c. de reg. iur. 3. eum. li. 6. Dicit tamen, quod si teneret uelis, quod adaptetur ad tales, distinguunt præticā obtinendi. Si omnino in vim dilatoria opponuntur, ut quia opponit actor non audiendum, uel ab agendo repellendum, uel se a litis instantia absoluendum, uel refcriptu non valere, quia peremptoriā talē tacuit, uel verba similia, uel ipse omnino proponat illa ut dilatoria, potest locum habere decr. Cum non. assumat priuilegia dilatoria, assumere debet & censurâ de exceptione. c. inter. de lta. mo. recolentes. Ad hoc non. de testi. spo. ex questione. ubi spoliationis actio in quantum assumptum nám dilatoria, ad repellendum, debet opponi: ante litē cœtestatā. Ad hoc de causa poss. c. dilectus. & maximè cum plus non debet operari hoc priuilegiū in nám peremptoriā, quod ius cōcōde quo ad alias dilatorias. de priuile. c. 1. lib. 6. & quia debent tales exceptiones priuilegiate cōformati iuri communi, in quantum p̄t, dummodo aliquid p̄ferant. de uerbo. ex parte. Quod tales exceptiones ponuntur in uim peremptoriae, & ante litē cœtestatā, ut excludent actori perpetuū silentiū imponi, uel se ab eo, quod petit, absoluui, uel diffinitiuē promuntari ipsum ad id, quod petit actor, non teheri, uel his similia: tunc non obstat lapsus termini. Talis enim exceptione peremptoria est, quod priuilegiata in tpe. opponendi. Et non est absurdum hunc casum numerari inter causas, in quibus fertur diffinitiuā sūna lite non. contestata: nec erit differentia quo ad hoc, ut sit diffinitiuā, an pponat an litē cœtestatā, uel non. licet gl. sentiat. h̄i, de lit. pte. c. 1. li. 6. in uerbo. finita, quæ vī dicere referre an pponat ante litē cœtestatā, non erit absolutoria a principali: an post, & erit absolutoria a principali. Qd verbum repetit Sp. in ti. de exce. §. di. & t. uer. ut at. quod utrobiq; absoluē a principali, licet sit tutius ut eueltet opinio, ut absoluatur a principali, quod pponat post litē cœtestatā. Et hoc firmat Io. An. in ti. de sen. pla. §. nunc vidēdū. circa prin. Si autem pponat post litē cœtestatā, tunc idem, quod de peremptoriis loquitur. ¶ Quero, scđo an procedat in oībus dilatorijs: & primo quod de exceptione excōicationis. Gl. dicit, quod non pcedit in exceptione excōicationis: quia illa non potest opponi quicunq; ut. f. c. f. Ide Host. hic, & Gul. in Sp. eo. tit. §. 2. uer. sed nūquid. Sed Inn. 3, qui tenet obstare lapsum termini huius exceptione proponenda, licet ubi terminus non est, possit usq; ad suam. Primū uerius, hodie probatū p. cle. co. ri. excōicationis, & uide, quod ibi non. in gl. penul. Hoc autem est verum, et si iudex exp̄ssit in termino peremptoriū. Per quod satis potest dici, quod in casibus hic positis non excludatur facultas proponendi, etiam si sit propositum peremptoriū: quia si subintellecū non excludit, ergo nec exp̄ssum. arg. l. 3. de lega. 1. quicquid Compo. de elec. quod sicut in gl. antep. in d. cle. 1. Io. An. assignat quadruplicē rōnē quare excōicationis exceptione non excludit a lapsu talis termini. Per quod excludit decre. illa locum habere; et si statutus sit terminus ad exceptionem excōicationis, pponendā. Ide firmat in add. Spe. in ti. de exce. §. nūc uidēdū. uer. led quod si iudex. Arc. de exce. pia. li. 6. in uerbo, valeat. hoc tēperat uerū. quod pponit exceptione in uim dilatoria: secus si in uim peremptoria, si terminus est statutus peremptoriū, & presente parte: quia est quædam interlocutoria, postquam non audiatur. ff. de arbitr. l. qualem. ¶ Quero circa casum prote-

stationis, qualis debet esse protestatio. Dic, quod in ea debet specificè exprimi exceptiones, quas vult proponere. de prob. qm. vt si vult exprimere exceptionē transactionis, illā exprimere debet: vel saluis talibus exceptionib. quae tales sunt, & debent noscere probandum suo loco, & tpe. nec sufficit in genere dice re, saluis alijs exceptionib: quia per hac nulla induceret processio. allegat iura. Idem Host. & Gul. in Spe. e. ti. §. 2. versi. sed il. lnd. & §. viii. versi. sed qualiter. ¶ Opp. quod non astrict terminus ad proponendas oēs simul. Quid. n. si sunt h̄i, non poterit illas proponere. C. de inof. test. l. 2. maiores. Intellige glo. hic, qm. sunt compassibiles: secus si incompassibiles sunt. lo. An. remittit ad gl. de reli. do. cū dilectus. vbi gl. plenius dicit, & 13. q. 2. in summa. fortè non excusat h̄c p̄rietatis, cum reus possit. ponere p̄rietates sine distinctione, uel unam purē, alterā p̄dōnaliter: vt in regula nullus plurib. de reg. iut. libr. 6. ¶ Querit gl. an sicut terminus ad exceptionem illas excludit, ita excludat actiones. Gl. dicit, quod non, sed bñ excludit accusationes, quia odiose sunt: & allegat iura hoc probantia. Gl. potest intelligi dupliciter. Vno mō ruditer, vt loquitur, an sicut exceptio excludit lapsus termini, ita si statutus terminus ad agendum, excludat lapsu termini. Et dicit glo. quod non. hic intellexus non est bonus: quia sicut exceptionē, ita excludit actionem: vt C. de inge. ma. l. diffamari. Alio mō p̄ intelligi, ut velit, quod lapsus termini excludens exceptionem non excludit actionem, sed de mā exceptionis simul possit agi, & excipi. Exemplū in exceptione spoliationis, & similib. Et sic gl. intelligunt doc. & erit uera. Nec ob. quod animalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum, & c. ff. de dol. exce. l. p̄t, quia illud verum, qm. exceptio suo tpe. & litis termino proponit, fīm Gof. Per hoc dicit Io. And. in regula, mora. in 2. q. de reg. iur. lib. 6. quod statuto termino ad proponendas exceptiones p̄ surreptitię promotum, poterit agi eo lapsō, vt remoueat h̄t per illum, cui terminus est statutus: & maximè qm. promoto est nulla. Ad hoc de ap. constitutus. Quandoq; ergo statutus terminus ad excipiendum: & seruat quod hic. Qm. statutus terminus ad accusandum: & dic, vt C. de accusa. si ea. Quandoq; ad denuntiandum: & dic, vt qui matrimo. accu. non pos. c. fi. in fi. Quandoq; statuit terminus ad agendum: & dic, vt in illa. l. diffamari qui fil. sicut legi. lator. de off. ord. conquerente. Quandoq; statuit terminus ad probandum. ad hoc. l. si ea. C. qui accu. pos. per Cyn. & Bar. in l. mancipiorum. de opt. leg. de uerb. sig. in cle. fi. uer. eo faluo dixi de proba. licet causam pet. Dy. in regula, indulsum. de reg. iur. li. 6. ¶ Quero, an exceptio nouiter exorta possit opponi post terminum iuris, sicut post terminum hoīs. Glo. quod sic. allegat de off. dele. insinuante. & allegat alia gñalia: & bñ dicit, faluo termino cōclusionis in causa: de quo dixi. §.

¶ Quero, an habeat locum decre. inquantu dicit posset proponi exceptionē post terminum, si nouiter deuenit ad notitiā. In exceptione recusationis. gl. quod non concludens hanc de crēta. procedere in exceptionib. facti: in exceptionib. iuris, ut recusatio, & p̄fes non: quia non licet ius ignorare: & in talib. p̄tneigentia imputari. Contrarium eius, quod dī hic, tenet Gof. in Summa huius ti. §. sciendum. Inn. de off. dele. prudentiam. Inn. & Host. hic quilibet dicit bñ, recte intelligendo. Hac sit p̄cō. Si notitia superuenit de nouo, & non est quid imputetur parti, uel non p̄sumit de scientia ante, p̄t proponere post, alias non. ¶ Mō aduertendū. Qm. is, ad cuius notitiā deuenit, an ignorauit ius, & factum, & probabiliter: & p̄t proponere. Qm. ignorabat factum, & sciebat ius, & probabiliter: & idem. Qm. que factū ignorabat, sed improbabiliter: & non p̄t. Si. n. sciebat p̄sanguineū possit recusari, & ignorabat p̄sanguineum: hic error est intolerabilis, nisi aliter circumstantur: quia quis p̄sumit scire attinentes, & affines. l. de tutela. C. de in. re. relit. mi. lo. & au. vnde cognati. Vel si factum est notorium, uel famosum, uel factum exceptionis pendet a facto meo: quod a falsus ex h̄c, & infendente facta per me. Si scit factum, & ignorat ius, si ius est ita dubiu, quod p̄babilis cadit dubitatio, adhuc p̄t proponere post, ar. l. 2. ff. de iur. & fac. igno. quod no. Bart. ff. depol. l. quod Nerua, & quod no. de ap. cum specialis. Vel si esset error extraugantis: de fide instr. pastoralis, & quod scribit Bart. de re iudi. cum prolatis. Sic debet intelligi dictum Spe. in ti. de exce. §. nunc videndum. versi. sed quid si iudex. ¶ Nunquid autem protestatio de addendo, minuendo, uel declarando exceptionem post lapsu termini inuet protestantem: uide lo. Mo. in regula, in generali. de regulis iu. li. 6. in materia protestationis, ad finem materie: & ibi lo. And. Materiam glo. vide in Spec. eo. tit. §. 2. in 1. & 2. col.

S V M M A R I V M

1 Excommunicatus agere non potest, sed excipere.
2 Index non suspectus potest recusari, quando non suspectus non potest absque suspicio procedere.
3 Excommunicato permittitur ius excipiendi ad merita, & declinatoria contra personam iudicis.

- 4 *Defensionis appellatione comprehenditur appellatio & exceptio.*
 5 *Rescriptum potest dici surreptitum taciturnitate declaratoriae iudicis.*
 6 *Excommunicatus in quibus in iudicio esse posse.*
 7 *Aequalitas est in iudicis seruanda.*
 8 *Reconveniens non dicitur defendere, sed impugnare.*
 9 *Delegari, an posse iudex suspectus per papam ex scientia certa.*
 10 *Excipiens in quo dicatur actor.*
 11 *Executionem sententiae non impedit tertius non condemnatus.*
 12 *Appellare, an posse excommunicatus.*
 13 *Excommunicatus, an audiatur petens renocari tenetam datam in eius prauidicium.*
 14 *Excommunicatus repulsus ab excipiendo, uel agendo, an poterit restituiri ad appellandum.*
 15 *Excommunicatus, an posse compromittere.*
 16 *Excommunicatus quare in iudicio admittatur ad defendendum.*
 17 *Excommunicatus conuictus super eo in quo est excommunicatus iniustus, an posse excipere.*
 18 *Rescriptum ex certa scientia concessum non dicitur surreptitium.*
 19 *Reconvenio potest admitti, ubi non admittitur conuictio.*
 20 *Excommunicatus, an posse compescere.*
 21 *Exceptionem habens, an repellere posse exceptione excommunicationis.*

C A P. V.

Vm inter: ^tExcommunicatus excipere, appellare, & omnem suam defensionem facere potest, sed reconvenire non potest. h.d. Et est communis diuisio. Secunda ibi: inquisitione. ¶¶ No. iudicem non suspectum posse recusari, quando non suspectus non potest absq; suspecto procedere. ¶¶ No. secundo, quod excommunicato permittitur ius excipiendi, nedum ad merita, sed et declinatoriae personam iudicis. ¶¶ No. tertio, quod omnis defensio permittitur excōunicato: & quod defensionis appōne comprehenditur appōlo, & exceptio, etiam personam iudicis tamen. ¶¶ Nota quarto, quod taciturnitas declinatoriae iudicis, tamen inducita Papae ad concedendum, & quod ex certa scientia non commissaret, inducit surceptionem rescripti. Ad hoc de foro competet, ex parte B. ut lite non contesta. accedens. ¶¶ Nota, quod in causis, in quibus excommunicatus potest esse in iudicio, non solum esse potest in quantum repellit sententiam pro alio, sed et in quantum consequi velit iustum sententiam pro se. ¶¶ Nota, quod aequalitas in iudicis est seruanda: & cui permittitur impugnatio aduersario, permitte debet defensio. ¶¶ No. quod excommunicatus non potest esse in iudicio reconveniendo: quia eo prae-textu non defendit, sed impugnat. ¶¶ Nota inducta ad unum finem, ad oppositum trahi non debere. ¶¶ Oppono, quod ex certa scientia committat aliquando Papa caufam suscepit: vt s. de officio dele. ex parte. Dic, quod committere potest: sed non presumitur, quod committat, & non decet, quod committat: quia sic de facili damnari, & grauari posset innocens: quod esset iniquum. s. de probatio. quoniam, nec enim nasci debet &c. de accusa. qualiter. j. Per hanc decret. dicit lo. And. excommunicatum posse excipere de re non tradenda, quam uenidit, nisi sibi pretium soluatur: de quo lupra de patet. c.r. & not. de senten. excommu. si uer. ¶¶ Ad gloss. oppo. quod excommunicatus non auditur excipiens: quia in exceptionibus est actor. s. de proba. l. in exceptionibus. & l. 1. s. de exceptio. Solu. Dicir gl. quod excommunicatus potest excipere, & appellare, & se quomodo cum defendere: sicut non excommunicatus, licet non possit agere. Dat simile in seruo. ff. de accusatio. l. seruus. & in liberto contra dominum: qui non accusat, & excipit. s. de bonis libertorum. l. qui cun. maior. s. libertus. Non ob. l. in exceptionibus: quia licet quo ad quid, scilicet quo ad onus probandi, posset dici actor, tamen quicquid facit, facit ad defensionem: & sic est reus in specie fine cōclusionis. Glo. placent Inno. hic, vt audiatur excipiens, sed non auditur agens, & auditur appellans: unde excipiendo, recusan do, & appellando, potest prosequi ius suum. Hac omnia, in quantum dixi eum excipiendo audiiri in iudicio, dicit Innoc. uera, quando reus est necessarius, quia actoris stimulus dirigitur contra eum, & liberlus specificè uocatur, quia tunc defensor est. Idem si actio non dirigitur contra certam personam, sed petitur a iudice, & specialis uocatur contradicitor ad iudicium, ut quia quis petit se abstinere ab haereditate, vel restitui aduersus aditionem, quia damnosa est haereditas propter delicta Perri, uel propter legata facta Martino debet uocari contradicitor specialis, qui nominatur, & talis ut reus necessarius, & cuius per uocationem firmata est persona in iudicio potest excipere, & esse in iudicio, quamquam excommunicatus. Idem si ecclesia se petat restituiri aduersus sententiam latam pro certa persona: ex quo enim nominatur in libello actiuē, uidetur contra eum dirigi. Secus autem dicit, si actio, & petitio dirigitur ad iudicem, & nihil petitur a parte, nec aliquis specificè nominatur in libello: vt in authen. si omnes. nam tunc excom-

municatus non auditur, tanquam sponte se offerēs, quia reus est volitarius. Et quod dicitur defensionem reo seruari, intel ligitur de necessario. Per quæ dicit, quod si electus petit confirmationem excommunicatus non potest excipere. lo. And. remittit de hoc ultimo ad id quod dicam. j. eodem dilecti.

11 vbi melius cadit. ¶¶ Ex his deciditur, quod si litigio penden te super re, uel iure inter duos compareat tertius non vocatus pro suo interesse, non audiatur appellans, nec appellationem poterit prosequi, cum non sit necessarius. Hoc verum puto, quando acta ista tertio non praejudicarent: vel si praejudicarent, non in iure suo priuato, vel ecclesie suæ: alias cum stimuletur a praejudicio sententia, quæ ei praejudicat, posset appellare: quia hic reus necessarius est, ut dicam. infra eod. dilecti.

12 ¶¶ Ex his deciditur, an excommunicatus extra iudicium posse appellare, & appellationem prosequi. Dicit hic Innocen. quod non, cum talis appellatio sit ad causam prouocatio. infra. de appell. cum sit. Sicut ergo prohibetur ad causam prouocare, sic & appellationem prosequi, & interponere, vel causam ad superioriē deferre. Ad hoc remittit Holtien. ad not. de appellatio. bonæ. Contrarium not. Innocen. s. de maior. & obedient. Ioan. Andr. post Ioan. Mo. hæc dicta concordat de except. pia. lib. 6. Et quod dicit hic, procedit in appellatione mere extrajudiciali: & quod dicit in cap. dilecti. procedit in appellatione non mere extrajudicali, ut quando appellatur ab executori, qui potest vexare, & grauare, vt hic. Hoc puto inquantum appellat a grauamine futuro non inquantum a præterito, quo ad finem deuoluunt, vt potest: vt not. infra de appell. bone. cum stimuletur a grauamine, maximè ybi est grauamen possessionis, fortè audietur, secundum quod in simili statim dicam. Hæc dicit vera Innocen. inquantum dixi excommunicatum non audiri appellationem prosequentem, quando excommunicatio præcessit appellationem, & grauamen, propter quod est appellatum, & consequenter deuolutionem: quia prosequi non poterit obstante excommunicatione. Si autem appellatio, & grauamen, & consequenter deuolutio præcesserint excommunicationem, vt quia appellatione extrajudiciali pendente, & grauamine subsecuto, & consequenter deuolutione, postea superueniat excommunicatione, & fortius si post itineris arreptionem ad prosequendum ad curiam. 3. quæstio 9. re vera. tunc dicit, quod prosequi poterit, non obstante excommunicatione: quia generaliter dicitur, excommunicatum appellationem posse prosequi. infra capit. fina. & quia iam coemptum videtur iudicium, vel appellationis causam. de offic. delegat. gratum. & capit. cum caufa. Non obstat, quod superueniens excommunicatio impedit vim rescripti prius imputati. de offic. deleg. prudentiam. s. sexta. Item quia excommunicatio in quaunque parte litis opponitur. j. capit. pen. quia speciale est in appellatione, vt illam posset prosequi. infra eodem. significauerunt. & cap. fin. Secus si alias agit, non in modum exceptionis. Dic tu, quod ratio est: quia quando iā superuenit grauamen, se defendit stimulatus: quod non est ante, ideo repellitur. Fatur quodam dicere indistinctè excommunicatum posse prosequi appellationem, siue sit excommunicatus ante grauamen, siue post: tamen primum cum distinctione, & limitatione, de qua. s. Ex hoc deciditur, an excommunicatus audiatur petens reuocari tenetam datam in eius praejudicium. Ioan. Andr. Tan. in cap. quoniam. s. quod si super. vt lit. non conte. & remittit ad Spec. de concu. s. fin. ver. sed pone, reus. & tangit lo. And. de ap. qua fronte. Ibi Spe. residet, quod non possit petere obstante exceptione excoicationis: quia agere dicitur, alias. i. 1. q. 3. cum excōicatio. de her. excōicamus. s. credentes. & hoc tenet Host. de verb. sig. dilecto. Bar. in l. de pupillo. s. fina. ff. de ope. no. nun. dicit, quod si principa liter venit ad defendantum, & in consequentiam ad rescindendam reuocari: vt quia in principali assumit defensionem tanquam reus, & incidenter petit reuocari tenetam, auditur: quia reus est, attento principali: vt l. si pupillus. s. 1. ff. de priuile. cre. & auth. ei. qui. C. de bo. autho. ind. poss. Si autem principa liter petit rescindi, quod factum est contra se, uel petit posse remittit, dicitur actor: ut l. in tribus. ff. de iudi. de oper. no. nun. l. de pupillo. s. qui remissionem. vbi petens remissionem videtur defensor: quia defensor sumit largissime pro omni, qui causam suam agit agendo, uel excipiendo, uel accusando. C. de aboli. l. 2. Qnq; largè, ut defensor: dicit quo ad regulam, fauorabiliores. vt s. qui remissionem. Quandoq; stri. Et pro eo, qui prouocatur ad iudicium: & sic assumitur hic, & d. l. in tribus. Idem dicit lo. Andr. ut audiatur excommunicatus, si citatus ab excōicato, qui petit absolu, opponat non audiendum antequam satisfaciat de expensis, & contra eum replicetur excommunicatione: ut ipse not. in dicto ca. qua fronte.

14 de quo dic, ut ibi dicam. ¶¶ Quæro, excommunicatus propter excommunicationem repellitur ab excipiendo, uel agendo, ubi non auditur, an poterit restitui, saltem ad appellandum, ubi

Anto. de Butrio super ij.par.ij.Decretal.

sententia contra cum est lata, eo absoluto quasi legitima cau-
 sa impeditus, interim eo, quod agere non potuerit, nec per se, nec
 procuratorem, argu. ff. ex qui, cau. ma. l. sed & si per praetorem.
 & si de mino. l. Papinianus exuli, uel falso. fm. Inno. a senten-
 tia absolutus poterit intra decem dies appellare, quasi illud
 tempus non currat tempore excommunicationis. argum. de
 concess. preben. quia diuersitatem, ualeat factum co nra illi
 illo tempore, nec retractari potest, pro eo quia non fuit vocatus
 vel admisus, licet alius non excōmunicatus ex eo posset dice
 re sententiam nullam, de procu. in nostra. Primum tñ plus pla-
 cet Ipn. & valet restituad appellandum, qñ aliter super iure
 suo subueniri non pot: alias si aliter subueniri posset, non resti-
 tuetur, ut patet in confirmato, contra quē obiciens crimina
 fuit repulsi: hic enim non restituetur: quia per ordinariā uia
 accusationis sibi prouidere potest. j. de appell. constitutus. 2. cū
 ibi no. ad hoc. ff. ex qui, cau. ma. l. 1. 2. & 3. quia ubi p̄petit ordi-
 narium, & c. ff. de mino. l. in causā. 2. in prin. Non placet Hosti,
 quod audiat petens restitui ad appellandum: quia impedi-
 tur opponere suo delicto, & tamen non subest equitas dandæ
 restitutionis, sicut in impedito, vel absente Reipublice causa.
 Itē nec placet fm: quia si est casus, quo potuit appellare, & cur-
 rit excommunicato decendium, cum appellare possit, ut hic
 si est casus, in quo non possit appellare, cessat quæstio: & remit-
 tit ad no. j. co. significauerunt. Similem quæstionē tangit Inn.
 de offi. delega. prudentiam. §. sexta, & dicit, quod excommuni-
 cato non currit tempus, quia per aduersarium, uel iudicē stetit,
 quoniam ius suum prosequeretur: ut no. j. de appell. ex ra-
 tione. Host. ibi 2: quia potius stat per excommunicati, si sit in
 mora petendi absolutionem, & remittit. j. co. significauerunt.
 satis æque potest distinguiri excommunicatus si iniuste, &
 auditur, vt uel non currat, uel saltē restituantur: aut iuste, & si est
 in culpa petendi absolutionē currit a tpe culpa, & non restitui-
 tur: non a tempore sententia. Si non est in culpa, quia forte vel-
 let, sed non potest, tunc non currat, uel saltē restituantur. Nec ob.
 quod delictum non det causam legitimam impediendi cur-
 sum, uel restituendi: quia delictum, uel culpa non est imme-
 diata causa, quare non potest, sed est excommunicatio: ut no.
 de concess. preben. quia diuersitatem, de quo dic ut ibi. ¶¶ Nun-
 quid autē excommunicatus possit compromittere, & se defen-
 dere coram arbitrio. Dicit hic lo. An. Gul. in Spe. de arbitrio. §.
 restat. in fi. tenere, quod non auditur. Quod dicit uerum in vo-
 luntario compromissio, secus in non uoluntario. & idē ibi lo.
 And. in add. & limitat in non uoluntario, vt possit compromit-
 tere: quando est ad odium eius, secus si ad utilitatem. ¶¶ Opp.
 quod repellatur etiam ut reus excōmunicatus in iudicio: ga-
 debet præstare sacramentum calumnia, & illi non licet ingre-
 di sacra, multo minus tangere. 5. di. ad eius uero. Itē cui certa
 sacramenta denegātur, nec hoc concedi debet. 2. 3. di. illud. So.
 Hoc est concessionem a iure in odium excōicati, ut omnia face-
 re possit quæ ad causam pertinent, & sic iurabit, & omnes par-
 ticipantes ei occasione litis non incident in canonem: cū ta-
 lis communio sit ad ipsius potius damnum, uel ad incommo-
 dum. Sic ergo sacramenta ad eius commodū non præstabit, sed
 ad eius incommodū, & cum onerātia præstabit. Ad hoc
 glo. 1. q. 1. qui studet. 2. 3. q. 4. uir. cum propria. ¶¶ Quero an ex-
 communicatus cōuentus super eo, in quo est excommunicatus
 iniuste possit excipere, quod ut cōmunioni spoliatus non ar-
 etatur ad respondendū antequam cōunioni restituantur. lo. qđ
 non tenetur respondere, & potest excipere, dūmodo ostendat,
 q. iniuste fuit excōmunicatur. 3. q. 2. & 2. q. 5. super causis, quia
 omnia sunt iura restituenda, & corporalia, & incorporalia. 2.
 q. 2. nullus pōt. 3. q. 2. si ep̄s. Idē no. lo. in c. nullus. alleg. in gl. &
 84. di. quisquis. & in illo. c. nullus. dicit idē de suspensi. Ibi ēt
 de hoc per Arch. De hoc in Spe. de petit. & postf. §. fin. in fi. &
 ver. 21. Hoc temperat hic Vin. uerū, in quantum cōuenit ab
 excōmunicatore, qui excōmunicauit iniuste, vel ab illo, qui
 fecit ipsum iniuste excōmunicari: secus si alius de rest. spo. fre-
 quens. li. 6. Ad hoc, quod no. in dicto. c. quisquis. 84. di. Per hoc
 dicit Lopus sua all. 71. uersi. sed pone. ubi dicit, quod si aliquis
 parochianus priuetur præstatione sacramentorum a rectore,
 quia non exhibet, ut prius si queniatur super decimis, opone
 rē, potest, quia sacramenta non exhibet, & parochianum pri-
 uabit quasi possessione exhibitionis sacramentorum. Et hoc
 maxime est uerum, quando quid in decimis deberetur in
 respectu ad recompensationem sacramentorum: ut §. de transac-
 veniens. Colligit gl. arg. sententiā latā a iudice suspecto, hoc
 deterto retractari. Ad hoc, quia literē sic obtentā nullā p̄ferūt
 iuris dōnem, ex quo suspectus est. Gl. remittit de ref. ad audiē-
 tiā. ubi patet, quod surreptio nō uitiat ipso iure: ut ibi not.
 ¶¶ Secundo colligit, quod rescriptum est suspectū, ubi nō ema-
 nat de intentione Papē, de rescrīp. cum dilecta. de confirma.
 uti. uel inuti. porrecta. in fi. seq. gloss. dic: & j. de reg. iur. non li-
 cit. lib. 6. ¶¶ Oppon. quod admittatur reconuentio, ubi non
 admittitur conuentio. 3. quest. 8. cuius in agendo. cum simili-
 bus. Sol. Ibi in recōnventione supplet defectus, scilicet iurisdi-
 propter quem quis ab agendo, vel que niendo repellit: hic nō,
 20 quia utrobiq; repugnat. ¶¶ Querit gl. an possit excōicatus cō-
 pensare. Arguit gl. quod non: quia qui opensat, agit. ff. de com-
 pen. quicunq; ergo, adeo, quod si ad compensationem admittere
 tur per aduersarium, iudex ex officio ipsum debet repellere. j.
 eodem. exce. in fin. Ad hoc, quia qui vna via repellitur, &c. de
 procur. tua. In hac parte residet gl. Gofre. dicit, quod si tenetur
 opinio, quod compensatione fiat ipso iure, quidam dixerunt, planū
 est, qđ debitum excōicati diminuitur, sicut & reliqua. Si tenea-
 tur opinio Azonis, quod nō opensetur ipso iure, sed ita demū
 si opponatur, opiniones sunt. Host. dicit, quod si debitum est li-
 quidum, & aduersarius non neget, nec excipit, sed p̄sentit, qđ
 fiat compensatione, admitti debet. C. de compen. l. fi. & de deposi.
 bona fides. §. fi. & sufficere debet iudici, qualitercunq; satisfiat
 actori. fi. de pig. aet. l. si rem. Si autem aduersarius neget, uel ex-
 cipiat ne fiat compensatio. Host. & Bartholo. Brixien. tenent,
 quod possit compensare. Idem Phil. j. eo. dilecto per l. verum.
 ff. de compen. Ad hoc, quia venit in compensatione, quod nō
 venit in petitione. ff. de compen. l. etiam. Item quia excōicato
 soluere debitum debet debitum: vt no. de dolo. veritatis. ergo,
 & compensare. ff. qui potio. in pig. habe. l. si debitor. Gofre. te-
 net, quod non possit compensare: & in hoc adharet gl. quia qđ
 damnatus est non petere, non potest compensare, quia petere
 videtur: vt l. amplius. ff. rem ratam habe. Hanc opin. sequitur
 Tancr. Io. & Vincen. Ad hoc de deposi. bona fides. §. sanz. cū
 concordan. Nam quandoque odio debentis negatur compē-
 satio. Et si dicas cōcedi defensionem, intellige hoc uerum in
 defensione, quæ habet vim solius exclusionis: nam hæc excō-
 municato permittitur. ff. de accu. l. seruos. sed non permittit
 illa, quæ habet naturam impugnationis, vt compensatio. Ad
 hoc. C. de adul. qđ Alexandrum. Opponere. n. lenocinium,
 potius est grauare accusantem, quam frē relcuare: vt ibi not. &
 §. de ordi. cog. c. 2. in gl. pen. in fin. Ex hoc sequeretur, quod ex-
 cōicatus non possit opponere spoliationem: quia impugnat,
 non se fm. défendit. Puto, quod compensare possit: quia potest
 excipere: & compensare est excipere. Patet primum hic: quia
 omnis exceptio reseruat excōicato. Secundo, quia si atten-
 ditur, quod principaliter agitur, vt debet. l. j. ff. de auth. tu. finis
 compensantis est ab actione principaliter, & per prius repelle
 re, licet in p̄nā sibi debitum consequatur: hic consequitur
 excipiendo. Non ob. hoc: quia reconuentio non repellit ius
 agendi, sed impugnat. Non ob. l. amplius, quia beneficium fine,
 & effectu compensans petere videtur intantum, inquantū
 damnificat agentem inquantum compensat. Et hunc effēctū
 considerant stipulantes poenam, ne petatur: sed compensans
 formaliter non petit, sed se defendit. Ad hoc, quod dixi. §. post
 Bar. incidenter petente reuocari tenet. Non ob. quod que
 exceptions p̄nā perimi, non veniunt in compensationem: qđ
 intelligitur de illis, quæ perimi possunt peremptoria exceptio-
 ne. Non ob. quod compensans impugnet: quia hoc facit indi-
 recte, vt dixi. Nam excipiens aliquo mō impugnat: quia dicit
 actor. ff. de exce. l. 1. & l. exceptionib. de probatio. Sed supposi-
 ta op. gl. est dubium, an saltem fideiussor excōmunicati pos-
 sit compensare pro excommunicato. Videtur quod non, ne p̄
 videatur hac via excōicato: & quia ex connexitate consequit
 fideiussor repulsionem arg. de consti. translato. ff. de arbī. l. Pe-
 dius. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quoti. & æsti. Ad hoc, quia
 ex opposito offendetur regula. Accesoriū sequitur natu-
 ram sui principalis. & negatum una uia, altera concederetur,
 21 qđ id de regulis iur. cum quid una uia. Ad hoc, quia mora rei
 nocet fideiussori. ff. de uer. obl. l. mora. & l. si seruum Stichum.
 eo. ti. Aliqui dicunt, quod si reus excommunicatus est soluen-
 do: & non compensat. ff. si mens. fal. mo. di. l. si duobus. §. 1. de
 admi. tut. l. fi. C. ad Velle. l. 1. siue non sit soluendo: & cōpen-
 sat. lo. And. tenet, quod debitum est compēsabile, indistinctè
 ad petitionem fideiussoris compēsetur: quia potest fideiussor
 soluere de bonis rei principali. l. si procuratorem. §. ignoran-
 tes. ff. manda. qui autem compensat, soluit, ut dixi supra: & ex-
 ceptio obstans principali, nō obstat fideiussori onerosam cau-
 sam hñti. ff. de exce. do. l. apud Celsum. §. sed cum legitima. Itē
 quia exceptio personalis non prodest fideiussori. ff. dc exce. l.
 exceptiones sic, nec nocent. de reg. iur. odia. li. 6. Et habent lo-
 cum prædicta etiam si post exceptionem incipit deberi. Nam
 certum est, quod post fideiussionem, & aū excōicationem, cœ-
 pit ius compensandi competere fideiussori: quia per factum
 principalis rei lādi non potuit. ff. de compen. l. verum. de pac.
 l. fi. Ad materiam facit, quod no. de iure patro. cap. fin. lib. 6. fu-
 per gl. pen. & post Dyn. de regulis iuris. is. qui in ius. li. 6. ¶¶ Nun-
 quid autem habens exceptionem, si super illa impletet offi-
 ciū iudicis, ut imponat silentium actori: ut patet. ff. de fideiul.
 l. si contendat. & no. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infest.
 an ap-

De exceptionibus.

99

C A. P. V I.

an audiatur, an repellitur excoicationis exceptione: sentit Frē de.eum audiri, suo confilio. 276. Quod placet: quia quicquid agit, ordinat in finem defensionem. Ad hoc, quod not. Innoc. qui fil. sicut legit. lator. Nam dato, q̄ prouocat ad iudicium, totum, quod facit, facit ut defendant, & nihil petit, vel impugnat, nisi ut absoluatur: & satis venit stimulatus, ex quo ius agenti contra eum competit, licet exercitio, non deducatur: & vide quod not. s. de script. fin autem.

S V M M A E R I V M .

- 1 **E**xiciens de facta permutatione cum auctore ipsius rei, quae petitur, non fatetur per hoc auctorem fuisse dominum.
- 2 **L**ibellus incertus in genere circa accidentalia valet, si est certus in principali.
- 3 **P**ertinentiarum appellatione quid veniat.
- 4 **O**rdo cum preposteratione narrationis ad conclusionem non vitiat libellum.
- 5 **L**ibellus, per quem petitur ecclesia cum suis pertinentijs, an procedat.
- 6 **E**xceptio stulte proponitur ante auctoris intentionem fundatam.
- 7 **E**xceptionem opponens intentioni conditionaliter propositae in diuersis orationibus non fatetur.
- 8 **D**ictio aduersatiua, quae in dubio potest intelligi conditionaliter & aduersatiua, in dubio conditionaliter intelligitur.
- V**erba rei respondentis ad libellum interpretantur pro reo.
- 9 **I**n permutatione ecclesiarum episcopus habet exigere consensum capituli. 14.
- 10 **P**ermutari potest spirituale cum spirituali.
- 11 **P**ermutare, & cambiare, idem sunt.
- 12 **V**erborum diuersitas inter articulum, & probationem quo ad corticem, dum tamen idem significant, non vitiat probationem.
- 13 **V**erbum Concedo, est aptum notare dominij translationem.
- 14 **A**uctor potest ex rei deducis in iudicio suam intentionem fundare.
- 15 **C**ontractum ponens videtur omnia ponere, que sunt de natura contractus.
- 16 **D**ominum de presenti potest concludi ex dominio de futuro.
- C**onfessio super iure de praterito concludit ius praesens.
- 18 **C**ontractus permutationis est bona fidei.
- 19 **N**otarius, vel docteur, an quis probetur eo, quod est descriptus in matricula.
- 20 **E**piscopi habent loco dominorum.
- 21 **E**cclēsia dicitur quo ad temporalia subiecta, quando superior de bonis ecclēsiae disponit pro libero sue voluntatis.
- 22 **A**ctiones bona fidei, vel stricti iuris, quae sint.
- 23 **C**onfiteri non confitetur, qui excipit. nū. 43.
- 24 **P**robationem auctor de domo rei colligit.
- 25 **P**robatio dubia non declaratur ex materia articuli.
- 26 **I**nstrumentum producens videtur fateri ea, que in instrumento continentur.
- 27 **I**nstrumento de falso reprobat. potest pars producens illud redargere tacitam confessionem surgentem ex instrumenti productione. 35.
- 28 **I**nstrumentum de falso replicans non potest se fundare super parte de falso redarguta.
- 29 **I**nstrumenti falsitate per aduersarium detecta, potest instrumentum producens allegare falsitatem in ea parte, qua instrumentum reprobatur.
- 30 **I**nstrumentum de falso licet non possit redarguere pars producens, potest index ex officio suppler ex officio ad partis commodum limitatur ad terminos, in quibus se pars opponat.
- 31 **I**ndex rbi suppler ex officio ad partis commodum limitatur ad terminos, in quibus se pars opponat.
- 32 **F**alsitas potest post sententiam opponi, & replicari demum, post viginti annos.
- 33 **S**ententia lata ex falsis productionibus potest usque ad viginti annos reprobari.
- 34 **F**alsarum delictum in producendo falso instrumentum non nocet ecclēsiae. 45.
- 35 **I**nstrumentum producens, an possit illud de falso redarguere. nū. 39.
- 36 **I**nstrumento de falso impugnato per unius productionem, an possit alius eo rati.
- 37 **I**nstrumentum redarguens de falso, an possit se ex eo, aut tacita confessio ne, que oritur ex tali productione, fundare.
- 38 **I**nstrumentum si produco cum protestatione, quod produco pro ea parte tantum, qua pro me facit, an iuuet talis protestatio.
- 39 **T**estium per me productorum dicta quomodo possim reprobare.
- 40 **O**fficio aliquo per me donatus, & in eo approbatus, an à me possit eodem priuari.
- 41 **L**egem allegans male, credens pro se facere, que non facit, an si contra eum in alio articulo posset allegetur, pro quo est inducta, teneatur il lam admittere contra se.
- 42 **C**onfiteris in dubio confiteri omne id, quod necessario ex illo sequitur.
- 43 **E**xiciens quibus casibus futuri videtur auctoris intentione: n.
- 44 **E**xicipere an possea posse negans intentionem auctoris, & in negatis conuictus.
- 5 **I**nstrumenti falsi productio nocet priuato producenti.

- V**m venerabilis. ¶ Si reus, a quo petitur, auctore ipsius rei facta cum adore, non fatetur per hoc auctorem fuisse dominum: & exceptio falsi, etiam post sententiam potest opponi. h. d. In prima facti, & processus narratio. In secunda diffinitio ibi: intellectus. Prima subdiuidit in tres: quia prima ponit petitionem auctoris. Secunda ibi: idem responsione, exceptionem, & probationem reorum. Tertia ibi: ad hanc replicationem, & probationem auctoris. Secunda etiam in tres: quia primo ponit motuum diffinitionis, quoddā solvens obitaculum. Secundo difinit causam quo ad spiritualia, ibi: quia vero. Tertio, quo ad temporalia, ibi: verum. Legam p partes. ¶ No. primo, quod procedit libellus certus in principali, licet accidentia ad illud petitum non certificantur, sed in genere petantur. de quo de ordi. 3 cum dilectus. ¶ No. qd appellatione pertinentiarum non cōprehenduntur possessiones, nec econtra. Et no. libellum super subiectio. ¶ Nota, quod praeposteratio narrationis ad conclusionem non uitiat libellum. Ad hoc de restitu. spo. literas. ¶ Quaro an procedat hic libellus, Peto ecclesiam cum pertinentijs, quia ad me pertinet, quoque iure subiectio agatur. Dic, quod procedit, ubi petitur ut subiecta quo ad temporalia, & quo ad spiritualia, ut hic. Itē dicunt qui, iam etiā cōgruam in patrono clero, qui solum intendit sibi rationē redi: ut in cap. cum & plantare. S. in ecclesijs de priuile. Itē putatur quidam in patrono laico, quasi per hanc uerba, Peto ecclesiam cum pertinentijs suis: non intelligatur petere nisi ius patrōnatus. arg. S. de iudi. examinata. Quod non placet Inn. cum in possessionibus nullum habeat ius. de iure pa. quod autē S. 1. 10. q. 1. c. 1. & seq. In clero autem cui ex fundatione competet ius patronatus, bene admittitur talis libellus. 17. q. 2. si qd episcoporum. Sed si ex donatione laici hoc haberet, iecus est: quia tunc non potest petere, nisi quod author suis poterat, a quo causam habet. Tuitius tñ est, quod etiam clericus habens ius ex fundatione non det talem libellum, sed petat ius patrōnatus, uel rationē administrationis sibi reddi: quae petitio petit non solum patrono, sed etiam illi, qui habet ius admini strandi, secundum Innocen. Hostien. dicit, quod per petitionē istam, de qua hic, nñquam potest peti ratio, administrationis, sed petenda est in genere, uel in specie, & exprimi debet qualiter, siue ex qua causa debeat, scilicet ut patronus, uel ut aliis: sic enim formandus est libellus, ut reus deliberare possit an velit cedere, vel contendere: de libel. obl. c. 2. & 3. & quod ibi non de quo remittit ad decre. cum ad sedē. de restit. spo. ¶ Venio ad uerū. Idem not. ¶ Nota primo, quod stulte proponit reus, & temere exceptionem, ante intentionem auctoris fundatam.
- ¶ Nota secundo, quod in diuersis orationibus ponens intentionem, & proponens exceptionem non fatetur, quando intentionem ponit conditionaliter. ¶ Et no. quod aduersatiua, quae potest intelligi aduersatiua, & conditionaliter, in dubio conditionaliter intelligitur ad communum verba proponentis: & sic verba rei respondentis ad libellum interpretantur pro eo de quo. S. de ierb. obl. inter stipulante. S. 1. de restitu. spo. cū ad sedē, de despon. ex parte. ¶ No. tertio, quod in permutatione ecclesiarum episcopus habet exigere consensum capituli, & sacerdotum suorum. ¶ Not. quarto, quod spirituale cum spirituali potest permutari. & si quid hinc & inde accedat tem porale accessione, non vitiatur permutatione, de quo de re. per mu. ad questiones. ¶ Nota, quod una ecclesia potest cum duabus permutari. Per quod dicit Host. quod vnum beneficium potest cum pluribus in titulu permutari: & sic dicit se aliquando vidisse. Ad hoc, quod no. de mu. peti. c. 2. Dicit Cal. haec vera, quando beneficia sunt talia, quae possunt simili de iure teneri, secundum illa, quae notantur de rescrip. gratia. lib. 6. alias secus, cum necessaria fuerit dispensatio, quae ut personalis, nō transit ad alium. 7. quest. 1. peti. secundum loan. Cal. Idem domini de Rota, sua conclusio. 96. ubi dicunt, si unum cuin catur habebit regresum, aliud dimittendo, ad suum primatum, noua tamē collatione de preben. si beneficia. libr. 6. & c. inter cetera. de re. permu. cum uniuersorum. de qua aliquid sua conclu. 2. 3. Confutui tamen de facto, quod per dispensationē, ut possit cum uno dispensari, non potest cum pluribus, per c. non potest, de preben. lib. 6. iuncto cap. si motu proprio.
- ¶ Not. de hoc verbo. Incambium: quia significat idem, quod uerbum permutatione. ¶ Not. quod diuersitas uerborū inter articulū & probationē quo ad corticē, dum tamen idem significat, non vitiatur probationē: nam articulus dicit de permutatione, in tñm de cambio. Ad hoc de ver. sig. nihil. & no. glo. de causa possit cum ecclesia. ¶ Nota de uerbo Concedo, quod est aptum notare contractum habilem ad translationē dominij. de qua in l. 1. ff. de dona. ¶ Oppo. quod in permutatione non exigatur p̄fensus sacerdotum, sed capituli, uel conuentus. j. de

nnn 3 his,

Anto. de Butrio super ij. par.ij. Decretal.

set ut hic, sū eū. Et sic loquīt̄ hic. Vel fecit de facto, uel verius loq̄t̄ de celsatiōe a diuinis pēdēte celebrās sit irregularis. Inn. & Ho. q̄ nō hic q̄a hic celsatio a diuinis n̄ est verū interdictū, at de sen. exc. is q̄. li. 6. de quo in dec. si canonici. li. 6. Et caucat̄ religiosi a pena cle. i. de sen. exc. Dic, ut de off. or. irrefragabili. & de spō. n̄ est nobis. & ueritas ponit̄ in illo. c. si canonici. q̄a in suspētione gūali, q̄ eparat̄ interdicto, celebrās incurrit. in d. cle. i. Sec⁹ et in cassatiōe spāli. Hoc tener Io. And. Sed forte hoc n̄ est verū p̄ dicta decr. is. q̄ eparatio in cle. i. n̄ est quo ad oia, sed quo ad q̄dā. ¶ Venio ad uer. postmodū. ¶ No. app̄lōne interposita ad archiep̄m p̄tes posse, p̄seq̄ coram officiali. ¶ No. 2. q̄ ubi appellat̄ exiudicia'l' r̄ a iudice, attentatū post, & q̄ app̄lōne est nullū. ibi emisit, cui app̄lōni officialis déculū, & poitea ap̄los tradidit, sed poitea ip̄sorū oblitus, p̄cessus ut seq̄tur, sū Inn. qui dicit, q̄ decanus potuit appellare sine assignatione cāe. Allegat de off. del. super q̄nūm uersic. nos autem.

¶ Ex hoc no. q̄ p̄t̄ app̄lōni deferens suam delationē reuocare. Et j. hic decidit, q̄ decanus nihilominus faciebat sup. dictum interdictū seruari: p̄ q̄d̄ c̄ps excōicauit illū, & archiep̄s denūtiauit illū uitandū; sed nihilominus canonici cōicauerunt de app̄lōne p̄fidentes, de his oib. j. iudicat. ¶ Venio ad. §. q̄ vero.

¶ No. q̄ sūia lata post app̄lōne exiudiciale est nulla. ¶ No. 2. variantem in sua positione nō audiendū. ¶ No. 3. q̄ interdictū p̄t̄ a promulgante suspedi. Et no. q̄ interdictū illo suspēnso p̄t̄ appellari. de quo s. e. ad hoc qm̄. ¶ Not. q̄ sūia suspēsa interi app̄lōne pen. illius impedit̄ executio, & mere declaratoria. Se cuſ si non sit suspēsa. s. e. pastoralis. §. 1. ¶ No. iudicem deferringo app̄lōni tibi ligare manus, ita, q̄ non ualeat, q̄d̄ agitur, & iustē, app̄lōne pen. ¶ No. q̄d̄ app̄lōne nedū deuolutū, principale, sed oia accidentia, & p̄secutua ad app̄lōne. Ita p̄secutiuum censetur attentatū post app̄lōne, & q̄d̄ de illo non se in-tromituit uia attentati iudex a quo. Ad qd̄. s. e. sollicitudinem.

¶ No. q̄ cessione ap̄lōri dimissoriū quis v̄ app̄lōni deferre. ¶ No. q̄ cōicans excōicatus post app̄lōne, cui est delatū, nō incurrit excōicationē: q̄a plus est deferendum app̄lōni, q̄ de-nuntiationi. ¶ Opp. q̄ non debuerit fetaſtari sūia lata p̄ de-canūm, non iustificata a'l' app̄lōne ep̄i: q̄a oportet probare ve-ritatē cāe, j. e. ut debitus. de his, quā f. a. ma. par. ca. cap. j. no. de elec. cū dilecti. Quidā dāt spāle in excōicationis sūia, sufficiat app̄lōne interponi exiusta cāe. Nec est necesse ad illam retrāctandam, q̄ a'l' doceatur de ueritate cāe. Et est cāe, quia nemo dēt excōicari sine cāe, quā probanda est per excōicantem. z. q̄. 1. nemo. de sen. exc. sacro. Sed q̄ hoc est tex. s. eo. ad audientiā ybi appellans hēt probare irrationabiliter excōicatum: & sic oportet, q̄ probet ueras cās appellatiois. Dñt hi, q̄ non loqui-tur de sūia excōicationis: fed de diffinitiā, p̄ quam iudex amoueat ab ecclesia p̄sbyterum appellante, nulla cognitione p̄missa, & ordine iudicario non obseruato, quo casu certum est, q̄ sūue appellatū est, sūue non restituendus est sic remotus, de rest. spo. querēte. fm Inn. Vel dic scđo, q̄ qñq; app̄lōne interponit̄ ex iudiciū, ex pbabili cāe, & uerisimili. i. a iure approba-ta, & non oportet, q̄ a'l' iustificet. Qd̄ dicit uerū, sūue iustificet dispōne iuris cōis, sūue ex q̄suetudine in loco notoria: nā hoc ipso d̄ de ueritate p̄stare. Si aliud nō p̄t̄ probetur in oppositū: & sic loquit̄ hic, nā iure probatū est, q̄d̄ decanus non possit in-terdicere ecclesiā in p̄iudicium ep̄i, sūue q̄ ep̄m, n̄i ex mani-festa cāe, de off. or. irrefragabili. s. fi. & decanus nullā cām pro-babilē pbabat. Iō sū interdictū irritat̄. Hoc iō casu aduentu-dū est, q̄ qñque decanus nullā cām probat, nec aliquā allega-uit tunc cū appellauit eps. & planū, q̄ iustificat̄ app̄lōne absque hoc, q̄ appellans alia cām probet. Aut decanus tpe app̄lōnis allegauit aliquā legitimam cām, & obtulit̄ se probaturum: & adhuc dicit, q̄d̄ non iustificatur allegatio q̄ app̄lōne: q̄a cū appellatio sit interposita ex iusta cāe, & uerisimili, & iure appro-bata, oblatio probationis ex parte decani q̄ manifestum nullius est effectus: iō non relevat̄ in aliquo decanum appellatū, nec grauat̄ appellante. Qñq; appellatus allegat̄ aliquas cās ue-risimiles, & iure approbatas, per quas dicit̄ se iuste sūiare: ap-pellans aut̄ allegat̄ multas cās, ex quib. appellatio iustificaret̄, & offert̄ se illas paratum probare: & tunc ex hoc non relevat̄ appellans, n̄i aliter doceat̄ de ueritate, & iustitia app̄lōnis, & tenet̄ sūia in eum latē. Et si diceret̄ se grauatum eo, q̄ sine co-gnitione cārum suarum fuerit excōicatus. s. c. ad audientiam. rñdet̄ illud locum h̄c, ubi post app̄lōne fertur sūia ex cā non probabili, & non verisip̄i a iure cōi, vel q̄suetudinario non ap-probata. Sed ubi profertur ex cā probabili, tenet̄ sūia, & si non p̄bet a'l' ueritas cāe. Qñq; appellatio interponit̄ ex cā probabili, & a iure approbatā, & sūia profertur ex cā, p̄ tunc mani-festa: & tunc si decanus probat̄ illam pro t̄c sūise manifestā q̄i excōicauit, licet illa cā es̄t̄ q̄ ius cōi, si t̄n̄ p̄petebat de con-suetudine, non reuocatur interdictū. Si autem cā pro tunc sententiaudi iō ius tunc non sūiset̄ manifesta, sed t̄n̄ in uerita-te iusta suberat̄ cā interdicēdi: & t̄n̄ eēt̄ sūia sine grauamine re-

laxāda, & interdicēns puniendus, sicut in excōicationis sūia ob-seruat̄. Vt patet ex no. de sen. excō. sacro. j. m. fm Inn. ¶ Opp. q̄ datione apl̄orū q̄s nō v̄ deferre, j. c. j. li. 6. Sol. Dic loqui hic de dimislorijs: fecus in refutatorijs, ut ibi. Idē si simplē dat eos: q̄a v̄ in dubio deferre, fm Abb. ¶ Op. q̄ debuerit ualere excōica-tio lata, p̄ ep̄m in decanū: q̄a cū excōicatur, eo q̄ turbauerat eū in diuinio officio, occasione sūie latē post app̄lōne legitimā ep̄i, jā iuste excōicauit: q̄a interdictū erat nullū, & sic iniuste tur-babat. Sed dic fm Inn. q̄ hoc iō, q̄a negotiū oīm interdictorū fuit gradat̄. Primo ad archiep̄m. Scđo ad Papā delatū: nā p̄ pri-mā app̄lōne delata, fuit principi'l' r̄ cā ad metropolitanū. Scđa vero app̄lōne interposita ab officiali, & ab ip̄lo recepta cogniti-ne principalis & accessoriā trāslata fuit in Papā. Quāuis igit̄ iusta cā effet̄ excōicādi, eps n̄o erat iudex: & sic fm app̄lōne de-latio operabit̄ suspētione respectu primę app̄lōnis, & attentati, vt oia cēscant̄ deuoluta. Nō ob. si dicat̄, eps poterat app̄lōni suę renuntiare. z. q. 6. si quis libellus, j. eo. interposita. §. 1. Dicit, il-lud verū, q̄d̄ non est ip̄sā appellans, p̄secutus: sed hic ipsam e-rat prosecutus, & ipsius p̄textu scđo fuit appellatū, & illi delatū: vñ ui secundā cā tota erat deuoluta, q̄ nō p̄debat ex p̄tate ep̄i primo appellat̄, led decani: vñ nō licuit appellanti post inclu-sionē p̄tis appellantis, & sedis ap̄līcē renuntiare appellationi, q̄ te-nebat, q̄d̄ ex eo, q̄a cassat̄ q̄cūd̄ post appellationē decani 27 archiep̄s attētanū, fm Inn. ¶ Opp. q̄ attentata post app̄lōnem sint nulla, & retrāctāda, dato, q̄ nō innouerit de appellatione ipsi archiep̄o, cū ipsius iuris dō fuerit suspēsa, & ps appellās ab eius exēpta iudicio. s. eo. pastoralis. §. 1. Sol. Quidā dāt attēta-tū ita demū retrāctandū, si innouit de appellatione attētati, vt hic. Et hoc tener Inn. s. eo. cū sit Romana. ad hoc. s. eo. si duob. Inn. tener ūriū, & supplet maxime. Idē em̄ effet̄ fm Inn. si de ap. nō innouisset archiep̄o, cū ipsam, ēt in eius absentia factam ps appellās fuerit ab eius iuris dōtione exēpta. s. eo. pastoralis. §. 1. 2. q. 6. bidū, de offi. dele. pastoralis. §. p̄terea. de quo. j. cod. interposita. in verbō, corā iudice. s. eo. suggestū. & dicā. j. cod. si iustus. ¶ Opp. q̄ vitandus sit excōicatus pen. app̄lōne ante sententiā interposita. j. de sente. exc. p̄ tuas. ver. nos. Solu. Illud uerū in iudicio excepto articulo, de quo agit, ex iudiciū nō, ēt in di-29 uinis nō vita, vt hic, & de sen. exc. foler. li. 6. ¶ Quāero qd̄ si hac app̄lōne pen. excōicatus eligat, an si postea deregat̄ excōicatio-nē fore nullā, ualeat electio. Quidā dāt, q̄ sic, arg. hic, & q̄a p̄p-ra veritate, &c. 8. di. veritate. Quidā tñ dāt, q̄ taliter eligētes pec-cat̄. Sed dicit Inn. q̄ nō uider cām, q̄a eligēdo nō cōicant ei: qd̄ effet̄ peccatū. s. de his, q̄ vi, me. cā. c. facris. Itē talis p̄sentia electioni nō peccat̄: q̄a nō tenet̄ se gerere, p̄ excōicato. de sen. ex-cō. p̄ tuas. Inn. dicit, q̄ hic p̄stabat sūiam nō tenere, ut colligit ex oppositione p̄xima: & in alleg. quia p̄t̄ ei excōicari exiudi-cialiter. ¶ Venio ad glo. ¶ Quāero quid mouit decanū ad non deſerēdū. Dic, q̄a manebit in criminē, p̄ quo excōicabat eps. s. eo. q̄suluit. ¶ Quāero, q̄ fuerint modi hic exp̄si. Dic, q̄a forte pa-ratus erat eps d̄mittere sacerdotē, p̄stia cautione de restituē-ndis rebus ecclesiā, vel de p̄seruando ecclesiā indēnē, vel si deca-nū oñderet eec'l' am illā, vñ sacerdotē, ad fe p̄tinere. Vñ, fm hos, vel si p̄s modos, se offerebat ad iustitiā. Iō at nō tenuit interdi-ctū, q̄a nō erat notoriū p̄sbyteri captionē in iuriosam esse. & no-toriū erat ius, p̄ ep̄o rōne dīce. i. 6. q. 6. oīs. cū spe sūia. de renū. in p̄ntia. fm Io. An. Vp̄ dicebat se parat̄ stare ūilio, & iudicio 30 archiep̄i, uel amicorū cōiter, vel his similia. ¶ Op. q̄ sūia inter-diictū nō possit suspedi, sicut nec excōicationis. s. eo. ad hæc. &c. pastoralis. §. 1. & q̄a statim trahit secum executionē. z. q. 7. §. no-tandū. ff. de fur. l. nō p̄t̄. ut in fi. ff. ad. Tertu. Dic, q̄ ūriū p̄cedit, q̄n̄ fuit lata pure: hāc lata fuit sub p̄ditione, uel in die. I. q̄icun-que eps es̄t̄ p̄s ff. de hered. infi. l. quoties. §. si quis ita, q̄a talis sūia bñ p̄t̄ suspendi p̄ appellationē. s. eo. p̄terea. Iō cū app̄lōne p̄cesserit purificationē, suspendit. Itē dāt hic doct̄. dñi tñ appel-latio fuit interposita a tpe sūie intra. io. dies Sed de hoc dic, vt s. eod. p̄terea. Vel fuit sic suspēsum a p̄cipio vñq; ad. 10. dies. admiseritis sacerdotē, & tūc seruat̄ interdictū. Hoc vñq; tex. q̄a ut litera sonat̄, interdictū fuit ex post facto suspēsum. Iō gl. di-cit, q̄ interdictū, q̄tūcūnq; purū, p̄t̄ suspendi. Et in hoc dicit̄ ab excōicatione, sicut effectus originalis peccati suspendit sic, ut ipsius originalē maneat. de p̄fe. di. 4. c. 2. sicut & in accepti-latione. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. cū hic status. s. sūia. Nec est opus vt iterū renouē. C. de cur. fur. l. fi. Quo casu si appellat̄, suspendit̄ interdictū: ut no. s. e. ad hoc, dūmodo app̄lōne sit legiti-ma. Recitat̄ oppositā opin. q̄ nec suspēdi, nec appellari p̄t̄. Vlti-mate residet, q̄ differat interdictū ab excōicatiōe, ut est dictū. Et assignat̄ cām in excōicatione. Fateñt̄ tñ excōmunicationem posse a Papa suspēdi: quia si potest tollere, fortius suspendere. Dic ut s. eo. ad h̄c. Host. aut̄ dicit̄ hic, q̄ duo sunt effectus sūia. Vnus, quo ligat̄ anima, qui p̄ficitur in prolatione facta etiā in absente. s. eo. cū sit Romana. ad fi. & de re. ecc. non alie. si q̄s & hic suspēdi nō p̄t̄ sententia prolata, nec denuntiatio plus li-gat̄. s. eo. pastoralis. §. 1. Secus in conditionali. s. eo. p̄terea. Se-cundus

cundus est effectus, quo separata cōione hominū. i. q. 3. nihil de excep. a nobis. Iste in denuntiatione perficit: nā an denuntiationē reputatur occultus, nec vita in publico. de sc. ex-com. cum non ab homine. i. respon. Et posset ignorantia tūc allegari ex parte participantis, & ēt excōciati. Et de tali effectu denūtiationis p̄t hic loqui, p̄t quē venit ad effectū. s̄nā seruan-dæ: nā quia ignorans s̄niā in se latā appellat, s̄u spēndit: si ap-pellet ipsum denūtiatio, s̄m cū. de quo. s̄. e. pastoralis. ¶¶ Gl. in verbo, exequendam, quarat de rōne: & redē r̄ndet: & est clara. Inqūm dicit attētata retractanda ante cognitionē appōnis, intellige verū, q̄a diffinitiuā appellat. Secus si ab interlocu-toria. Qd̄ dic, ut de app. non solum. li. 6. ¶¶ Gl. in verbo turba-re, ponit penam turbantis officium diuinum, & ponit poenam canonū leges imponunt penā capitalē. C. de his, qui ad eccl. confū. denuntiamus. in aut. de fānc. episc. s̄. si quis. col. 9. C. de epi. & cle. si quis in hoc genus. ¶¶ Gl. in verbo, deferendū. ponit partem facti, & male: quia delatio p̄cessit denuntiationem. ¶¶ No. tñ gl. qd̄ delatio reddit nulla prius attentata, nēdum at-tentata post delationem: qd̄ est notabile. ¶¶ Opp. qd̄ appellatio decani, li intercessit ad defensionem facti unius legitimi, sit in ualida, & sic non defendit appellantem. s̄. e. cum nobis olim. de conceſ. pr̄ben. constitutus. Sol. Intellige glo. qd̄ appellatio fuit interposita, ex altera cā legitima: tu dic, qd̄ appellatio non fuit interposita, sed impedit attētatum pp̄ delationem iudicis: unde dilatio iudicis iustificat quo ad nullitatē atten-tati, non quo ad iustitiam appellantis, uel appellati. ¶¶ Opp. qd̄ potius debuerit stari s̄niā q̄ appellatio: quia pro s̄niā p̄fū-mitur. de renun. in p̄ftia. s̄. e. cum in ecclēsia. Dicit gl. qd̄ si du-biterit an appilō teneat, potius vitandus est, q̄ cōicandus in dubio. Si tñ cōicatur, si postea detegitur appōnem legitimā, vel talē, quæ suspendatur, ex hoc non p̄cūnuntur participātes: vt hic. Et ex hoc patet, qd̄ pro s̄niā censurā, a qua est appellatū, non est p̄sumendum. de quo de elec. bonā. de proba. qm̄ q̄. per Inn. Et de ista materia dic, ut de sen. excom. solet. li. 6.

S V M M A R I V M .

- 1 Renovata causa ad papam, vel principem, non ualeat processus inde per mi-norem agitatas.
- 2 Appellationis pendentia licet ab actu non suspenso non impedit posseſſio-nem consequitiam ad factum de prēterito non suspensum, impedit tamē reuocatio negotij ad se nu. 3.
- 4 Sigillum an uigorem det omni tempore literis.
- 5 Sigillare an quis possit sigillo alieno.
- 6 Reuocatio negotij per iudicem inferiorem a papa, an habeat eundem effe-ctum, quem habet illa, qua sit ad papam.

C A P . L V I .

VT nostrum. Postquam Papa causam ad se reuocauit, non ualeat pro-cessus agitatus per minorē: sicut nec ualeat, si prius ab eo fuisset appellatū legitimē. h. d. Ponit dictū, & r̄nōnē dicti, ibi: cum plus. ¶¶ No. 1. unum a-đum suspensum iuris dōnis inferioris, s̄q̄ reuocat superior ad se causam coram inferiore vertente. ad quod de of. dele. 2 pastoralis. s̄. pr̄terea. & de pr̄b. si capitulo. li. 6. ¶¶ Not. 2. licet appellationis pendentia ab actu non suspenso non impedit posseſſionem consequitiam ad factum de prēterito nō suspe-sum. s̄. e. constitutus. & c. pastoralis. s̄. i. Impedit tamē reuoca-tio negotij ad se. Et in hoc plus potest reuocatio, quam appel-latio. En nota, quod illud attētatum interim per viam atten-tati retractatur s̄m mandatum, quo iusserset archiepo ostende-re, quod cancellaria contulerat personē idoneę, modo cano-nico & tpe competenti: de quo ut eccl. bene. ut nostrum. quæ est pars huius. ¶¶ Oppo. quod non debeat impediri, nec retrac-tari traditio sigilli, ut consecutiua ad priorem collationē fa-ciam ante reuocationem cause ad papam. s̄. eod. constitutus. Item quia archieps in posſeſſione exiftens conferendi per p̄-dentiam nouam litis, nō debeat impediri, quo minus uteret posſeſſionē sua, sigillum tradendo: ut. s̄. ut lite pen. laudabile. Sol. Dicit Inn. ibi confirmatio fuerat legitimē facta, & appella-tio ut extra judicialis illam non fūsperderat: hic collatio fuit clandestinē facta, & reuocatio p̄cessit traditionē sigilli. Iu-stē igit̄ retractatur attētatum post hanc reuocationem, & pendente lite. s̄. ut lite pend. per totum. Vel secundo posſeſſio-nē consecutiua ad factum de prēterito non suspensum non impe-dit, ut ibi, qn̄ est puri facti, & in ea non est aliqd̄ ius annexum hic traditionē sigilli aliqd̄ ius erat annexum, i. ius exercēdi of-ficiū sigillandi, & translatum non erat sola collatione can-cellariæ: sed nūc trāferit traditionē sigilli: merito impedit. Secus si hic fuisset hoc ius ademptum ante traditionē sigilli, vt institutus, uel confirmatus, ut in ſōrio. Ad ſm ſōriū dicit, si qd̄ super iure conserendi est inter partes tñ, & non inter ſuperiorē & inferiorem, & tunc lite pen. existens in posſeſſione con-serendi, si coñtulit ante litem, uel lit. pen. post traditionē pos-ſeſſionis, non obſtantē litis pendentia, q̄tūcūq; fuerit citatus

archieps, ne lis etiam cū eo p̄cederet: & hoc, quia non eset p̄i-dicū alicuius. q̄a & ſi lite pen. nēmo priuādus est ſua posſeſſio-ne. vt lit. pen. laudabile. s̄. e. significāte. Secus ubi cā agitur cū Papa, vel alio a Papa h̄ntē cauſam, cui prejūdicaret, vt est ille, pro quo ſcribit Papa: q̄a tunc lite pen. nihil est innouandū: nā illi p̄iudicaretur: vel ad minus iuri Papae, qui dicebat hoc ius ad ſe pertinere, p̄ferendi cancellariam ex deuolutione: & ſic it ritandū est, quicquid est in eius p̄xāndicū attentatū. de ſupp. neg. pr̄l. licet. arg. non video dīram, an cum Papa, an cū alio, lis pendat: q̄a niſi aliter manus afficiant, p̄t vti ſua posſeſſio-ne poſſidens. Ideo dic, qd̄ hoc est hic ſpeciale ex cauſa: q̄a Papa conceperat p̄ collationem ab archiepo facta, ex veriſimilibus ſuſpcionibus. s̄. vt eccl. be. c. i. alias bñ licuifet archiepo man-dare ad effectū collationē ſuā, quis ſibi q̄o eset mota. ſ. cod. cōſtitutus. Et dicit Inn. ſibi plus placere quā, qd̄ in prima ſolu-tionē dixit. Vel dic ad oē quare, hoc plus operari reuocatio-nem negotij factam ad Papam, quam fecit ex certa ſcientia, & apud quem est plenitudo potestatis. 2. q. 6. de cetero. de vlu-pal. ad honore. vt illa pendente circa illu. p̄ principaliter, vel ac-ceſtori, vel cōſecutione nihil poſſit attentari. de p̄rbe. inter-cetera, & quod ibi no. Quinimo idēvī, qualitercunq; negotiū ad ipſum ſit translatum. ſ. e. ſollicitudinē. ſ. nos igit̄ de po-ſtu. bonā. ver. nec nocebat. Secus in appellatione vt ibi. & uide quod no. de p̄ſti. cauſam. in glo. diuersa. Non obſtat vt lit. pen. c. i. & 2. lib. 6. quia in aliis caſib⁹ loquuntur: ut not. de reſti. in integ. c. 2. Quod autem plus ſit reuocare, quam appelle, pa-tet: etiam: quia appellatione non ſemper iusta, ſed ſic reuocatio: unde attētata poſt appellationem non ſemper reuocan-tur, cū effectus appellationis pendeat à iure: ut patet de appel-lationem ſuā ſemper cōfiteretur iusta, ex quo facta est: & ſemper autocat iudicis inferioris iurisdictio-nem, & ſi eft majoris ueritatis iusta, quam illa, ſm Hoffi. Simile de offi. del. dilectus. Et aduerte, quia quo ad litigantes reuocat, eo, q̄ incipit de cauſa cognoscere: ut no. Inno. de conf. cū M. & Archid. 3. q. 6. multum ſlupeo. ad hoc, quod no. 9. q. 3. an-tiquis. ¶¶ Opp. q̄ non poſſit decernere nullam traditionem ſi-gilli, quia in factō confitit, quæ nō poſteſt haberi pro infectis: vt. li. in bello. ſ. facta. ff. de capti. Sol. Irritatur ius, & ptas ſigillan-di translata ex illa traditione. Item uigor, quem dabat ſigillo. Iffis ſigillatis, q̄ postea non habebunt uigorem ex tali ſigillatio-ne. ad hoc quod no. cle. i. debere. ¶¶ Quero an ſigillo alieno quis poſſit ſigillare? Dic, quod non utendo illo ut proprio. de cri. fal. eos, qui. ſ. fi. de his, quæ fi. a. prela. quanto. in fi. nec pro-prio de nouo fabricato in alterius p̄xāndicū. de exel. pla. dilecta. de voluntate eius, cuius eft, hoc expreſſo, & alieno ſigili-o, & aliena manu ſubſcriptis vti licet. de quo. ſ. tit. i. cū in-ter ſecundum Hoffien. ¶¶ Quid ſi reuocatio ſuiffet facta nego-tij ab inferiorē a Papa, an habuiffet iſtum effectum. Dic, q̄ ſic, ſi tamen talis eft, qui potuiffet reuocare: vt patet ff. de iudi. i. iudicium. Solutio. Glo. ſunt clara, nidle illas per te.

S V M M A R I V M .

- 1 Terminum appellationis prosequendē ſtatutum ab homine altera pars nō preuenit per impetrationem literarum, eo tacito.
- 2 Reſcripto appellationis impetrato ad p̄q̄tūnū termini, non eft neceſſe exprimere nomen iudicis a quo.
- 3 Dilatio ſi m̄m habet terminus assignatus ad prosequendum appellationis.
- 4 Appellationi quando videatur deferre iudex.
- 5 Libellandi que ſit forma in cauſa appellationis.
- 6 Appellans habet animū ad prosequendam appellationem.
- 7 Dilatio ad prosequendam appellationem quando incipiat.
- 8 Dilatio ad appellationem prosequendam non poſteſt prorogari. 9.
- 10 Dilatio appellationis prosequenda ab homine ſtatuta non poſteſt ab al-terā parte praueniri per impetrationem ea tacita.
- 11 Appellans poſteſt appellationem prosequi, ſi intra terminum negotiū ceperit.
- 12 Iudex ad quem, quando poſteſt ſtatueri terminum ad appellationem pro-sequendam.
- 13 Iudex ex officio ſupplere in quibus poſſit.
- 14 Litera ſecunda in cauſa appellationis poſt primā non valent, mentio-ne de primi non facta.
- 15 Iudicis appellationis, quale ſit officium.
- 16 Appellationis cauſa commissa in curia ante terminum, an valeat diēta commiſſio.
- 17 Appellatus ſi impetrat intra terminum hominiſi, facta mentione de ter-mino, valeat impetratio.
- 18 Appellationem, an poſſit appellatus intra terminum iuris prosequi.
- 19 Appellationis prosequendē, an poſſit terminus ſtatui ab appellato.
- 20 Appellationem intra quantum tempus poſſit prosequi appellatus.
- 21 Appellationis terminum, an poſſit index ad quem abbreviare.
- 22 Appellationis prosequendē terminus, an ſit ſtatutus in cauſa ele-ctionis.
- 23 Prorogatio quid ſit, & an prorogari poſſit appellationis terminus.

Anto.de Butrio super iij par. ij. Decretal.

- 24 Dilatio iuris an possit preueniri in causa appellationis.
 25 Appellatione an possit appellatus prosequi altera pars absente.
 26 Terminum iuris sicut non potest captiose appellatus prosequi, an ita sit in appellante.

C A P. L V I I.

- Blaue.** Si terminum appellationis psequendū statutū ab homine altera pars puenit, eo tacito iuris imetrando, iure non ualent. Terminū autem iuris pars appellata preuenire pōt, dum tū nūmī non præcurrat h.d. Cōis diuīs. Secunda ibi: licet igitur, quā distinguit, & bī membrū distinctionis prosequitur ibi: si uero. In tertia instruit iudicē ibi: iudicem, Quarto concludit ad casum propositū ibi: ex his. ¶ No. 1. pro opī. Oberti, q̄ non sit necesse in rescripto appellationis exprimere nomen iudicis, a quo est appellatū, de quo in Spe. de ap. p. s. de officio. uer. antepe. ¶ No. 2. q̄ terminus assignatus ad appellationē psequendā non habet nūmī delationis, cū ista ponantur ut diuerſa, de quo j. eo. cū app. l. lib. 6. ¶ Quid si notarius dicat, q̄ iudex benigne recepit app. l., an uideatur deferre: uide in Spe. de app. s. nūc dicam. in fi. vbi dicit, q̄ non videatur detulisse: licet Clementi uideat ūrū. Sit ergo cauſus in rūndendo, & statuendo terminū. ¶ No. formā imetrandi, & q̄nt libellandi ab appellato sup app. l. cā: quia habet imetrare super confirmationē. ¶ No. q̄ ad appellationē psequēdam a iure statuit annus, vel biēniū ex iusta cā. ¶ No. argu. q̄ incipit annus a die siuī: ut dixi. s. eo. ex rōne. ubi remisi. ¶ No. q̄ terminus ad appellationē psequendā non p̄t prograri, nec p̄ partes, nec per iudicē, sed pōt bene citari. dic de primo ut di xi. s. eo. ex rōne. ¶ No. q̄ terminus app. l. psequendē pōt ab breuiari p̄ statutionē termini hominis ab appellante & iudice: & p̄t non pōt ab appellato. ¶ No. in imetrando in appellationis cā non posse hoīs terminū p̄ueniri, nec p̄ appellante, nec p̄ appellatū, non facta mentione de termino: & si imetrant iuris, sunt subreptiā reiciendā. Et sic est expressum, q̄ de termino app. l. ab homine statuto, necesse habet imetrās facere mentionē: & sic de app. l. & app. l. causa. ¶ No. q̄ valer imetratio intra terminū iuris per appellante indistincte & per appellatū, si in imetrando nūmī nō p̄currat, ita quod supplantet aduersariū in appellatione psequendā, quod nota. ¶ No. q̄ appellante non p̄lequente potest appellatus psequi app. l. s. intra terminū negotiū ceperit. Ad qd. s. de rescript. ex parte. ¶ No. casum, in quo iudex, ad quē, statuit terminū ad app. l. psequendā, q̄n negotium tangit, publicā utilitatē, & celeritatē desiderat, pp̄ periculum imminentis animarū. Et no. q̄ eo, q̄ dat vacatio, satisdat periculū imminentē, inquantū de et cura pastoī. ¶ No. q̄ in tangentibus utilitatē, nedū p̄t, immo debet quis ex officio supplere, ēt q̄ tangit p̄iudicū partularis ecclēsī. Vide de postū. bone. i. de instī. cū uenissent. de iure iur. ad nos frām. & c. sicut. ¶ No. q̄ scā literā post primas ualidas in cā appellationis non ualent, non facta mentione de primis, nec primis derogant. ¶ No. q̄ is, a cuius confirmationē appellati est, interim non administrat. Vide, qd no. de elec. auaritie. li. 6. ¶ No. q̄ iudex imetratus ab appellato, nō semper p̄fimat sed infirmat, si veniat infirmandū: & econuerso iudex appellatis q̄nque p̄fimat. j. c. 2. p̄m Inn. & no. s. de off. dele. cū p̄tingat, quia in cā app. l. pōt ferri ūria infirmatioīs sup libel. lo p̄fimationis & ecōuerso. & vide, qd no. de rest. sp. ex p̄qōne. ¶ Quid si cā q̄ terminū in curia p̄mitrat, an ualeat p̄missio. Dic, q̄ sic: & sic seruat curia, licet non ualeat imetratio extra curiā. Et est cā, q̄ in curia dāt iudex ex officio, non ad p̄titionē partis: unde p̄iudicatur alteri parti extra curiam ad p̄titionē partis, unde p̄iudicaret parti. Dicit Io. Mo. de rescript. sup rubrica. li. 6. Sic p̄t intelligi dñi de Rota, sua p̄cl. 10. vbi dicunt, q̄ curia non seruat hoc cap. in curia, quin pars appellata an terminū possit imetrare p̄missioīs sup appellatione, vigo re cuius appellās tenet, pcedere. ¶ Quid si appellatus imetrat intra terminū hoīs facta mentione de termino. Valer imetratio, ut hic. Sed an possit opellere appellante ad p̄sequendū de termino iuris. Ponit Sp. in ti. de app. s. nūc vī. ver. 13. at. Dicit Fre. sua p̄cl. 168. q̄ n̄ vī q̄ possit cū cogere ad p̄sequendū. Nō ob. si dicat terminū statutū ad p̄sequendū hoc operari: q̄ ille terminū iā vī operari ūu effectū: q̄a appellās se p̄ntauit ūpiori, licet aliud nō fecerit, & aliud nō vī operari. s. eo. cū sit Romana. ¶ Quāro. q̄n intra terminū iuris possit appellatus p̄seq̄ corā ipso iudice app. l. aliter nō imetrando. Dic, q̄ sic: sed tunc necesse est citare aduersariū. Qd dic ut s. c. s̄pē. sup gl. si lis. ¶ Quāro an possit terminus statui ad p̄sequendū ab appellato. Dic, q̄ nō, bīm lo. An. de quo remittit in Spe. de app. s. qua p̄t. circa fi. ver. porto, & idē no. de app. cordi. li. 6. in gl. p̄tererit. ver. itē licet appellās. De quo p̄ Archi. ibi. in uerbo p̄ principales. Pōt tū terminū approbare bīm formā. c. s̄pē. & c. cordi. de app. lib. 6. Et hoc tenet dñi de Rota sua p̄cl. 10. Dicunt tū ibi, q̄ licet appellatū nō possit appellāti statuere terminū ad p̄indiciū appellātū;

- p̄t statuere sibi ad p̄indiciū propriū, bīm quosdā: sed nō placuit dñis de Rota, ut ibi. ¶ Quāro, intra q̄tū tps possit appellatus prosequi app. l. onem intra terminū iuris. Quidā, q̄ in ultimo mēsc. 2. q. 6. app. l. Alij, qd prius p̄petrare poterit, sed agere poterit ad finem per mensē. lo. An. dicit hoc arbitriū, de offi. dele. de causis, & ueniet in arbitratu p̄dō personarum, qualitas cā, & loci distantia. s. e. cum sit Ro. de elec. cupientes. in prin. li. 6. Nec inde fit p̄iudicium appellati, cum regratati hēant appellato, qui proprijs expensis imetravit sibi iudicem, per quē obtinere poterit ūriam infirmari: ut hic, in fi. Vide i Sp. de app. s. nūc breuiter, uersi. licet autem si agatur de matrimonio carnali, an eodem modo iudex ad quem possit abbreviare terminum ad appellationem prosequendā. Dicit hic Host. qd sic, & Gof. allegat ut lite non contēt. qm̄. Idem dicit Gof. in alijs, quā celerratē desiderant. ff. de dam. infec. 1. i. de fer. l. 1. & 2. Qd puto, vt & dñt doc. q̄n tangunt publicam utilitatem: quia q̄n agitur de priuata, prorogare p̄t partes q̄rum uolū: nec ibi iudex occurrit partib. tacentib. uel inuitis. Secus si de re publica litigatur, ut de prouisione ecclesiārum, uel salute animq; ad qd de elec. cum nobis olim. ¶ Quid in cā principali electionis, an sit terminus statutus. Dicit Hō. qd satis forēt æquum statui, qd si non terminatur intra annum, ex tunc superior prouideat, nisi iusta cā subefet. de iure pa. cā te. & c. cum pp. ad hoc. eo. tit. qm̄. Nam si expectatus per fēx mēses remouetur ab obtento, nisi habeat iūstum impedimentū, de cle. non resi. ex tuē, fortius promouendum impeditur. Dicit lo. And. qd hēc eset ūrima iniquitas: & in decr. ex tuē, eset dare culpm non residentis. Ad alia iura rūnde ut no. de offic. ord. cum nos. in prin. Seruitum autē beneficij impleri poterit per vicarium tp̄alem. s. c. peruenit. & in concor. ad hoc cle. co. ti. qd̄iu. hodie tene, qd̄ habes de elec. c. 1. & c. cupientes. & ca. si postquam. li. 6. ¶ Op. qd̄ possit prorogare. s. c. ex rōne. So. fallit ibi. Sed dicit lo. A. qd̄ illud non est prorogare: sed pareatur ei, qui intra tps legitimū nō prosequitur. Declarat hoc lo. An. in Spe. de app. s. nūc vī. ver. iſtud autē scias. Quia prorogatio est idē qd̄ extensiō, uel prouisio: in his n. oportet existere rē, q̄ dēt extendi, uel protendi: sic res, uel quālibet mā. Ibi ergo sit noua tps ūcessio, ex cā beneficio restonis, uel iure cōi. ut ibi no. Ad hoc de offic. deleg. P. & G. & ff. de p̄aca. l. sed si manente. & in Spe. de elec. s. fi. uer. idem, qd̄ ibi no. an tps appellationis possit prorogari: ¶ Quāro, an appellans possit p̄uenire terminū iuris, q̄tū, & q̄ncunq; uelit. Dicit gl. q̄ sic: quia eius fauore est statutus. Et est rō diuerſitatis, quare terminum iuris p̄ueniat. & non hominis: qui. a bīm Go. terminus hominis cōiter brevis est, quia moderatur legalem. s. c. cum sit, nec potest prorogari, ut hic. Vēl quia homo alterius naturē est q̄ lex. fi. de arbit. Celsus. Verius est, q̄ terminus iuris datur ad finēdū, ut sequitur in gl. ideo necesse est ipsum p̄ueniri: terminus hominis dād ad inchoādum, merito non p̄uenit. Ibi: terminata. dic, ut in cle. eod. tit. qd̄iu. ¶ Quāro, an altera parte absente poterit appellatus prosequi. Gl. dicit, qd̄ sic, ea tū prius citata. de re iud. cum Bertholdus. ¶ Quāro, an sicut nec appellatus, ita nec appellans debeat p̄uenire captiose. Gl. dicit, q̄ sic: quia idem in utroq;. Dicit lo. An. post Inn. hoc tenendum: licet Inno. hic uideatur innuere ūrū. de quo. s. de off. dele. ex literis. & ibi per Host. Inn. tenet dictū gl. de ma. & obe. dilecti. in glo. sed quid p̄dest. ad fi. & j. de his, quāfi. a mā. par. c. c. 1. & uide, qd̄ dixi de reser. c. 2. Dic, si quāritur an ita appellans, sicut appellatus, debeat facere mentionē de appellatione, & termino hominis: dic, q̄ sic. & hoc in q̄tū parificantur. Sic intellexit lo. An. non aduertēs super quo verbo eset sita gl. Habes. n. cām in uerbo, pr̄curreat. Si quāritur an in hoc sine pares, ut in termino iuris pr̄currendo, vnuis non possit p̄uenire alium: dic, q̄ non, quia appellās pōt p̄uenire, sed appellatus non potest nūmī pr̄currendo. Vnde gl. non bene diceret, & eset contra gl. in uer. appellata, sed forte apostilla est signata super gl. fi. in fi.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellationis index diffinit negotiū principale altera parte absente. 2 Ad sententiam parte non citata procedi non potest. 3 Sententia non potest ferri lite non contestata. 4 Libellus an sit in causa appellationis offerendus. 5 Litis contestatio an sit necessaria in causa nullitatis. 6 Sententia quando non possit iudicari in causa appellationis ferri, altera parte absente. 7 Appellationis iudici quo modo consulatur, ubi in principali condemnatus est appellans errore iudicū.

C A P. L V I I I.

- E**rtuas. Altera parte q̄tūmaciter absente iudex appellationis diffinit ēt negotiū principale. si post litē p̄tes, fuerit appellatū h.d. Cōis diuīs. Secunda ibi: nos igitur. ¶ Nota primo, quod in absente lite contest. in principali cā, potest pcedi ad diffini-

ad diffinitiuam in cā appellonis, aliter lite non contestata, siue fuerit appellatum a diffinitiuā, siue ab interlocutoria, siue agatur ad decisionem articuli principalis, siue ad decisionem articuli appellationis. Debent tñi duo concurrere, quod lis sit cōtestata, & quod liqueat de causa, altera deficiente, non pōt. Et sic nota, quod lite contestata super principali, non rescinditur per appellationem, sed durat, & proficit, ac se extendet ad instātiām appellationis. ¶¶ Op. quod aliter non citata parte potuerit ad finiam procedi. §. co. s. p. Sol. illa loquitur qñ terminus fuit statutus, qui à iure habetur pro citatione: hic qñ non fuit terminus statutus: quo casu oportet partē uocari: alias in nulla culpa esset, cum ne sciat hūc iudicem impetratum: nam terminus certus est utriq; parti, qñ est statutus: sed delegatus, s. p. i. certus, & H. & Abb. qui Inn. arguit in con trarium de decreto super literis. in fi. de rescri. §. ¶¶ Opp. quod ad finiam non debeat procedi lite non contestata, ut lite non contestata. c. qñ. Dicit Inno. quod speciale est priuilegium appellationis. urin ea ad finiam procedi pōllit lite non contestata. Dic, quod si lis est contestata coram principali, pōt procedi ad finiam lite non contestata in causa appellationis: quia contestatio se intendit ad appellationem initiatam: ut C. de tempore. appella. l. fi. C. de procura. ita demum, si non esset lis contestata quo ad decisionem articuli principalis appellationis, posset procedi ad diffinitiuam. j. eodem. interpolita. §. fi. quo ad principalem causam non, vt hic. Dom. de Rota, sua concl. 8. tenet, quod si lis non est contestata in principali, debet contestari in appellatione si est contestata in principali, si procederetur in absentem contumaciter, sufficit prima litis contestatio: si in pñte, uel absentem non contumaciter, exiguitur contestatio. in Spec. de litis contestatio. §. nunc dicendum. versi. sed nūquid. Idem Archidia. de iura. calum. c. 1. lib. 6. Hos. in summa huius tit. §. quis sit effectus. & in Spec. de senten. prola. §. iuxta. uer. s. quid. ergo si appellans. 2. q. 6. c. si quis in qua cunq; ¶¶ Ex hoc deciditur an libellus sit offerendus in appellatione uel appellationis causa. Dic, in appellatione extra judiciali offerendus est, dum reducitur ad iudicium: quia est ad causam prouocatio: in appellatione judiciali ab interlocutoria non offertur: in appellatione à diffinitiuā, dicit Spe. in tit. de libel. conce. §. nunc dicendum. ad fi. ver. sed nūquid. quod est necessarius libellus: & sic dicit practicari in curia. Ioan. And. dicit econuersio distinguendum, ut dicit de testa. Raynaldus. Dic, si articulus iuriis est, non est necessarius libellus: ut si appetetur, quia nō admittitur oppositio, quod pactum de non petendo non impedit litis contestationem: arg. §. eo. s. p. Si articulus dicendus est facti interlocutoria, si lis est in principali contestata, non exigitur qualispetio in diffinitiuā, satis puto quē distingendum, ut est dictum de contestata. ¶¶ Nunquid autem in causa nullitatis sit necessaria litis contestatio. dic ut per Bar. ff. de re iudi. l. cum quærebatur. & Spec. in tit. de lit. contest. §. qñ autem. versi. quid de causa. & in tit. de senten. excom. §. iuxta. ver. sed quid si causa. & per dominos de Rota, sua concl. 334. Quibus collectis dic, si nullitas deducitur per uiam exceptionis, non est necessaria litis contestatio: imo oportet, quod summa rie procedatur. ff. ad exhi. l. 3. §. ibidem. Hoc tenet Specu. Facit, quod no. Bart. in l. a diuino Pio. ff. de re iudi. Si peritur nullitas incidenter in iudicio in appellatione instituto, in quo deducta ut: ut l. Carmelia Pia. de iu. pa. & l. quædam. ff. fami. ercis. & no. j. eod. dilecto. non vñ necessaria litis contestatio, quia pars appellationis est, & per iura prædicta: & sufficit principalis contestatio. Et sic tenuit Old. in qñibz suis. q. 12. Hoc tamen intelligunt dñi de Rota verum, qñ est contestatio facta in principali, ubi requiritur finis distinctionem, de qua dicam: & dixi in appellatione, imo multo minus exigitur contestatio mixta, quam in appellatione: quia magis arguitur iniquitas iudicantis hic, qñ arguitur in alijs, cum in appellatione etiam disputeatur de partium iustitia: sed hic non de iustitia, sed de rigore. §. de testi. constitutus. vltimo. arg. j. eod. interposita. in fin. Si autem nullitas principaliter deducitur in iudicio, si est notoria, non exigitur contestatio. Vocari tamen debet pars ad audiendum sententiam de testi. spolia. cum ad fedem. de iniur. cum olim. de iud. clem. pastoralis. nota. de confus. cum inter. in fi. & eod. titu. cum dilectus. de testib. per tuas. Nam super notoria iustitia, quia constat actis, iudicatur absque ordine: si notoria non est nullitas, dicunt, quod exigitur litis contestatio, per no. de offic. iudi. c. 1. & de in integ. retit. suscitata, & per Ioan. And. de appella. ca. fi. & in clemen. cum repulso, super verbo a repulsione: quia talis sententia habet uim diffinitiuæ, ad quā non deuenitur, nisi debito ordine seruato, de elec. dudum de lit. contest. c. uno. de ma. & obe. inter quatuor. & tenet hoc Spe. in loco præalle. Hoc credo qñ peritur pñte parte: absente at parte satis credo non exigi contestationē, ex quo nihil petit a parte, sed a iudice, ut lite non ptesta. qñ. §. sed & alii. & no. in aut. sed oēs. C. si ut se ab hēre. absti. & in aut. qui semel. C. quo-

mo. & qđo iudex. Et hoc teneas, licet Arch. de iura. cal. c. j. li. 6. indistinctè teneat in appellatione a diffinitiuā item contestari: & sic dicit Cle. mādāle auditoribus palati, ut in diffinitiuā lis contestaretur, & non in appellatione, & interlocutoria, per dicta per Spec. in titu. de libel. concep. §. nunc dicendum. in fi.

¶¶ Ex his patet an super iudicio nullitatis sit dandus libellus: quod examinat Specu. in loco proximè allegato, in fin. versi. cu. quid si sententia. vbi dicit, quid si proponitur per uiam exceptionis, libellus non est necessarius: quia nisi sit in promptu probatio, non impeditur executio. C. quando prouo. non est necesse. l. j. alias non est litum finis. Ad hoc. l. 3. §. ibidem. fi. ad exhi. ut in posses. le. l. si is, a quo. Si autem petitur decerni nulla per uiam accusationis, debet libellus dari. Remittit ad not. de lit. contest. §. pentil. versi. quid de causa. ubi dixi supra. Ad item contestari exigitur libellus: alias sufficit qualisqualis petitio posita apud acta: secundum modum ergo proponere potest. Hæc uera, in quantum nulla petitur coram alio decerni: sed si corā eo, qui tulit, non exigitur libellus, nec alias litis contestatio. argu. de rescrip. ab excommunicato. & sic dicit Specu. in titu. de lenti. prola. §. iuxta. versi. cu. ergo si appellans. ubi de materia. ¶¶ Opp. quod non semper procedat iudex, ad sententiam in causa appellationis, parte absente: vt. C. quomo. & quando iud. l. consentaneum. Dicit gloss. quod quandoque appellatione interponitur a diffinitiuā, siue appellatio, siue appellante præsente, potest procedere ad confirmationem, siue infirmationem sententia: secunda. q. 6. in fi. Quandoque appellatur ab alia interlocutoria: & tunc deciso articulo appellonis, quem decidere potest altera parte absente contumaciter: tunc si uult præcedere ad decisionem negotij principatis: dic quo ad actorem absentem potest de dolo. cām. & auth. qui semel. C. quomo. & quand. in. Quo ad reū, si liquet de cā, vel liquere pōt, idē ut hic: quia fuit appellatum post publicatas attestations. Si non liquet de cā, tunc actore absente absoluīt reū ab obseruatione iudicii, & actorem damnabit in expēs: reo a fente procedit ad missiōnem, in possessionem: & ex quo lis est contestata fieri uerus possit, for missus. de dolo. contingit. & di-cta. l. consentaneum. ¶¶ Quæro, quid si in principali condemnatus errore iudicium probatum, cum non esset, appellat, & in cā appellationis absens est is, p. quo lata est sententia, appellationis iudicibus constat, quod præsens non probauit, unde finiam confirmare non possunt, quid faciet: Dicit gloss. quod putat iudicē debere cassare sententiam: & qā verus est contumax, adiudicabit possessionem, referuata questione proprietatis absentis. sicut facere ante finiam. Vel dicit, q. sufficit tantum infirmare sententiam, condemnando absentem in expēs. 2. q. 6. §. appellatione. Potest ponī exemplum in casu §. titu. proxi. cum Bertoldus. de restitutio. spolia. cum ad scđ. den. Hæc uera dicunt doct. nisi præsens plenus probare uelit, quia tunc probations recipient. de testi. fraternitat. de fide instrum. cum loaunes. Secundum Hoſt. decisio est bona: quia absentis præsentiam supplebit index. C. de iudi. l. properandū. §. finalem reus. & no. de accusa. vniens. Sed si præsens probet, obtinebit sententiam, si offerat se ad probandum, & uelit præsentiam appellati, proper contumaciam fiet missio: quod habet facere: quod potest iudex. Si non offert se ad probandum præsens, fiet solūm condemnatio in expēs. Dicit Abb. q. inutilis est hæc questio: quia fatius est, qui prosequitur appellationem, ex quo pro eo lata est sententia: nisi tamen pro modica causa est appellatum: ut quia quantitas expensarum excedit summam negotii principalis. Quicquid dicat Abbas, sepe appellatus prosequitur appellationem, & finem litium super confirmationibus sententiarum, ne diu sint in pēdulo; vt. §. c. proxi. secundum Io. And.

S V M M A R I V M.

1 Appellans ante sententiam, probabilem causam exprimere debet coram iudice a quo.

2 Iudicare, est honor, debitus conservandus iudicē.

3 Pro sententia iudicis, quare presumatur.

4 Index debet partibus ex officio consulere, ne se sumptibus inanibus uarent.

5 A iudice competenti recedi non licet, nisi causa rationabili.

6 Itineris arreptio hodie nō suspendit iurisdictionem iudicis inferioris. 15.

7 Rescripto primo non valet opponi aduersus secundum antequam sit presentatum. 17.

8 Appellari an licet ad papam ex quacunque causa.

9 Appellari potest sine causa actualiter substante de presenti.

10 Appellationis causa non debet exprimi, quando proceditur ex indicis officio.

11 Interrupcio, an dicatur fieri per solam litis contestationem.

12 Appellatio quenam exigit causam de præterito, uel præsenti.

13 Appellationis causa, an sit specifica, exprimenda.

14 Clausula Appellatione remota an hodie aliquid operetur.

15 Iurisdictionem iudicis inferioris suspendit itineris arreptio.

Itineris

Anto. de Butrio super ij. par.ij. Decretal.

- 16 *Intrinsecus arreptio an habeat vim appellationis quo ad attentata.*
 18 *Appellationi iustificande que requirantur. n. 20.*
 19 *Appellationis non iustificatae qualis sit effectus.*
 21 *In appellatione a diffinita an proficiat causam exprimere.*
 22 *Appellatione non iustificata fit remissio ad iudicem a quo.*
 23 *Iudex ad quem procedere potest in causa appellatione non iustificata.*
 24 *Appellans a delegato an debet exprimere causam.*
 25 *Appellatione ad superiorum emissas, ad quem videatur appellatum, ubi sunt plures.*
 26 *Sententiam condemnationis expensarum per iudicem ad quem ratione appellationis frustra uel temeraria, exequi potest iudex a quo.*
 27 *Iudex appellationis si remittat causam iudicem a quo, an debet fieri verbaliter, ut iudex a quo reaffirmat causam.*
 28 *Appellant ante sententiam que requirantur.*
 29 *Appellationis causam quis habeat estimare fore probabilem.*
 30 *Appellatio an operetur ut index a quo sit suspectus appellanti.*
 31 *Iudex appellationis uidetur posse cognoscere de principali.*
 32 *Delegari potest per papam causam quantuncunque ardua, ut licite possit de legatus de ea cognoscere.*
 33 *Sive appellatur ad papam, sive non, causae dicuntur ad eum desolutae ipso iure.*

C A P. L I X.

- N** *debitus.* [†] Qui appellat ante sententiam, probabilem causam exprimat coram iudice a quo appellat, nec est probabilis exceptio de nuntio mislo, uel literis imperatis, quando presentate non sunt: & si falsa erit appellationis causa, remittitur appellans ad iudicem a quo, & condemnatur in expensis. Si uero iudex in causa appellationis procedit. Dividitur in tres partes. In prima duplex constitutionis causa. In secunda constitutio. In tertia quedam protestatio. Secunda ibi: statuimus. Tertia ibi: falsius. Secunda subdividitur in alias tres. In prima prohibetur ante sententiam appellari absque rationabilis causa, & ipsius non rationabilis causa duo ponit exempla. In secunda ibi: cum autem approbat appellationem, ex rationabili causa expressa coram iudice interiectam, dicens iudicem appellationis de ipsa cognoscere debere. In tertia ibi: & si minus. instruit ipsum iudicem in processu. & hoc dupliciter, cum reperit non rationabiliter appellatum in remittendo, & in expensis condemnando. Secundo si reperit legitimè appellatum in procedendo, & ibi: alioquin colligo notabilia: & expediem text. procedendo per partes. Recipio primo causam constitutionis. [¶] Nota de dictione Vt, quæ stat hic causatiue, licet communiter modaliter intelligatur. Ad hoc de spon. ve niens. 2. de eccl. ecclesia. de consti. cap. 2. lib. 6. Interdum ponitur consecutiu. de quo de cond. appo. verum. de quo ibi super si. secundæ glost. [¶] Nota secundo honorem debitum iudicibus conseruandum. Ad hoc de fi. instru. cum Ioannes. 3 ad fin. [†] Et hæc est causa, quare pro eius presumitur sententia de renun. in presentia. de re iudic. sicut. Quod est uerum in causa principali. Secus in causa appellationis: quia potius statut appellationi, supra. co. dilectus. Ad hoc, quia in ambiguitatibus emergentibus defertur: quia eius statut arbitrio. ff. de iure deli. 1. 2. de offi. delega. de causis. Item vbi cuncti: sibi vñ, etiam post conclusionem, interrogat. de fi. instru. cū Ioannes. de testi. cū clamor. & ad petitionem etiā eius super negativa compellitur pars residere: quod non esset, si fieret a parte parti: nec iudex cum parte concurreret, nec approbaretur. de iudi. di. cap. j. secundum Vin. quod dic, vt de conse. cap. i. li. 6. [¶] Non ta consulendum litigantibus ne uariis expensis, & immoderatis fatigentur. Ad hoc de dolo. finem. Et dicit Vin. quod quan doque fortius ligat pars, quam iudex: quia si iudex desert iura mentum, non potest appellari. ff. de iure iurian. admonehd. de quo. s. de iure iurā. c. fina. sunt glo. & docto. non scribit aliud. 5 [¶] Venio ad veri: statuimus. [¶] No. primo a competenti iudice recedere non posse appellationis uia, nisi ex rationabili causa ante sententiam appelleatur: & sic oportet, quod causa in appellatione exprimatur. de quo. j. de appella. cordi. li. 6. [¶] No. secundo, quod non uidetur hodie transmissio nuntii, aut itineris arreptio per nuntium, suspēdere iurisdictionem iudicis inferioris. [¶] Nota tertio, quod de literis primis contra secundas hodie non ualeat opponi, antequam primæ sint iudicibus presentate. [¶] Oppo. quod non admittetur appellatio, etiā secundum illa tempora, nisi ex legitima causa. s. cod. cum eccl. Solut. de iure antiquo in appellationibus ad papam ex quacunq; causa, dummodo non manifeste frustratoria, appellatio deuoluebat ad eū. 2. q. 6. c. j. 2. & 3. & per totum. & c. super eo. Et interdum ex hoc tractus ad remotos iudices cogebatur se redimere. Hoc uult prouidere hæc constitutio. Nō ob. c. eccl. s. quia ibi uel loquitur de admissione per iudicem ad quem, vel loquitur de appellatione interposita ad inferiorem a papa: quæ saltem per iudicem ad quem non erat admitten da cum effectu, ubi non suberat causa, ne sic iurisdictione iudi-

